CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

PARS II.

PROCOPIUS.

VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXIII.

PROCOPIUS

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOL. I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIII.

PRAEFATIO
GUILIELMI DINDORFII.

De vita et scriptis Procopii quae dicenda habeo, quoniam cum Alemanni disputationibus sunt coniuncta, volumine tertio exponentur. Quamobrem hoc loco nonnisi siglae sunt explicandae librorum, quibus ad emendandos de bellis Iustiniani commentarios usi sumus: nam de reliquis scriptis suo loco agetur. Est igitur

A codex Parisiensis regius 1702, scriptus in membranis saeculo tertio decimo, foliis aliquot hic illic a manu recentiore suppletis, quod ex Catalogo cognovi vol. II. p. 389. Insunt historiarum libri quattuor priores. Est optimae notae codex, cui multorum locorum tum emendationem tum supplementa debemus.

B codex Parisiensis regius 1699, chartaceus saeculi quinti decimi, octo complexus historiarum libros. Huius ego accuratius collati nonnisi specimina quaedam ab Niebuhrio accepi ad p. 175—177 et 544—547 ed. Paris. apposita. Quae res hoc habuit incommodi ut reliqua lectionis varietas ex duobus aliis fontibus petenda fuerit, quos alioqui non adiissem. Nam quae ex eo libro in annotatione sua attulit Maltretus, eadem qua ille usus est sigla (Reg.) ab nobis designata, non referunt plenam lectionis diversitatem, nec satis certa apographi Leidensis (L), ab Iosepho Scaligero correcti, fides est, cuius nobis copiam fecit Iacobi Geelii amicitia. Correctiones margini huius libri commissas litteris Lm indicavimus.

V Lucae Holstenii apographum supplementorum codicis Vaticani: vide annotationem ad p. 229, 20. 243, 5. 256, 10. 275, 3. 326, 4. 334, 4. 372, 14. 497, 17. huius voluminis. Excerpta ex hoc codice, qui aetate pariter atque auctoritate praestat ceteris, lectionis varietate usus est Maltretus: ut denuo et accuratius ex-

cuteretur, ego nunc quidem non magis quam Niebuhrius efficere potui, quantumvis cuperemus. Insunt octo historiarum libri.

H Davidis Hoeschelii editio, Augustae Vindelicorum impressa a. 1607, ex codice composita Monacensi et duobus apographis codicis Parisiensis 1699, altero Leidensi, de quo supra dicebam, altero Petri Chabanaei, quod duobus constat voluminibus, quae ipsa quoque in bibliothecam regiam illata numerantur 1700. 1701.: vide Catalogi vol. II. p. 389. Ex hac editione et apographo Leidensi in annotatione critica, omissis centenis scribendi vitiis, tantum attuli quantum utile videretur. Integram enim lectionis diversitatem rationi consentaneum est non aliunde quam ex ipsis codicibus peti Monacensi et Parisiensi illo 1699. Quanquam his recentibus exemplaribus facile carebimus, si Vaticano aliisve antiquioribus, qui in Italicis latent bibliothecis, codicibus potiri licuerit. Inter quos sunt Pinelliani Mediolanenses, de quibus dictum ab A. Maio ad Dionysii Halicarnassensis fragmenta p. 171.

Hm margo editionis Hoeschelianae: de quo vide ipsius Hoeschelii praefationem infra appositam.

P editio Claudii Maltreti, quae Parisiis prodiit a. 1662, in duo divisa volumina, repetita Venetiis a. 1729.

Pm margo editionis Maltreti.

RV Raphaelis Volaterrani interpretatio Latina librorum de bellis Persico et Vandalico, multis locis compendifacta, quae primum prodiit Romae a. 1509, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Pers. Christophori Personae interpretatio Latina librorum de bello Gotthico, edita Romae a. 1506, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Hugonis Grotii quae passim afferuntur emendationes et coniecturas ex bibliotheca Leidensi suppeditavit Geelius.

Interpretatio Latina Claudii Maltreti est.

Temporum notae quum propter narrandi ordinem, quem sequitur Procopius, marginibus apponi commode non potuerint, chronologicis rationibus alio modo consulemus.

Scribebam Lipsiae m. Octobri a. MDCCCXXXII.

EX PRAEFATIONE
DAVIDIS HOESCHELII.

Quemadmodum editurus Bibliothecam Photii, Origenis libros VIII contra Celsum, et alia, de variis semper Codicibus laboravi, quo plenius singula et correctius prelo adornarentur: ita in Procopio Graece publicando idem mihi studium, labor idem fuit. Quocirca nobiliss. dn. Ioan. Georg. Hervuartus, sereniss. Bavar. Ducum intimus consiliarius, hoc cognito, primus e Ducali Bibliotheca m. s. misit Codicem: alterum illustris Iosephus Scaliger, a sese emendatum; tertium clariss. Isaacus Casaubonus manu exaratum perelegante Petri Chabanaei. Illum Boicum, quod ceteris esset emendatior et integrior, sum secutus potissimum: his, ex uno eodemque descriptis exemplari Regio, si qua fuit lectionis varietas (ut fuit maxima lib. 4. de bello Gotth.) in margine locum dedi; sin quid ex altero utro allatum, atque redintegratum, id, excepto lib. I. uncis est inclusum. Idem Casaubonus, quae ad librum de Aedificiis Iustiniani supplendum eruditissimus Carolus Labbaeus IC. e veteri Codice transscripsit, mecum etiam liberaliter communicavit: ut altero fere tanto hic auctior, quam antea, in lucem nunc prodeat. Caeterum de Procopio Graece imprimendo viri docti tam cupide institerunt ideo, quia male ab interprete acceptum norant; qui et *τὰ καιριώτατα* omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. nam et finem belli Gotthici iusto pene volumine fraudavit *). Quorum deside-

---

[*) Notat Christophorum Personam: vide Maltreti praefationem p. XIII.]

rium ut explerem, sumptus ad maturandam editionem ornatissimi cives Augustani, Io. Georgius Oesterricher, p. m. Ioannes Huep-her, et Vuolfgangus Emekofer, suppeditarunt. quos honoris causa nomino: ut eorum exemplis alii ad similiter Reip. literariae opem ferendam allectentur et invitentur. De aliis sic habeto; Procopium Agathias *ῥήτορα*, Suidas *σοφιστὴν* etiam appellat: quae sic distinguuntur, ut ille sit orator, qui causas in concione, in foro, in senatu agit; hic Latinis Rhetor, qui in scholis docet artem oratoriam. — — Quod si tirones quoque Graecae linguae autori huic legendo, propter et facilitatem et perspicuitatem, quid temporis volent tribuere; praeter rerum noticias, modos loquendi elegantiores, et synonymiae exempla in ipso non pauca reperient. Cuiusmodi sunt *ἁλιεὺς, ἀσπαλιεὺς, γριπεὺς, σαγηνευτὴς, piscator: ἄῤῥιχος, κόφινος, ταρπὴ, sporta: εἱρκτὴ, δεσμωτήριον, δωμάτιον, φρούριον, φυλακὴ, carcer: ὁ τῆς εἱρκτῆς ἄρχων, ὁ τοῦ φρουρίου ἄρχων, carceris princeps;* qui Genes. 39. *ἀρχιδεσμοφύλαξ* dicitur, et cap. 40. *ἀρχιδεσμώτης*, Luciano *ὁ ἐπὶ δεσμῶν*. De quo alibi erit commodior dicendi locus, quare nunc desino.

EDITIONIS PARISINAE DEDICATIO.

AMPLISSIMO
ILLUSTRISSIMOQUE VIRO
D. D.
PETRO SEGUIERIO,
FRANCIAE
CANCELLARIO.

Non adeo sum hospes in patria, Illustrissime Cancellarie; ut nesciam, quantum iuves favore tuo mirabilem Galliae foecunditatem: qua et novi ingeniorum excellentium foetus eduntur quotidie; et veteres, atque alibi nati, felicius apud nos renascuntur. Multi certe, quos hodie redivivos amplectimur, in abditis bibliothecarum pluteis adhuc iacerent; nisi eiusmodi tumulos benignitas tua aperuisset, ac sepultis vitalem quandam afflasset auram. In primis pars optima Historiae Byzantinae Tibi animam debet, ingenti receptam corpore; et quidem ita, ut ab interitu iam plane secura sit. Hoc autem quis pro merito aestimet beneficium, quo spirat ac loquitur insignis illa *Temporum testis*; viget *Vita memoriae*; docet *Magistra vitae*; animos tenet *Nuntia vetustatis*? Munus adeo memorabile lectores, si grati haberi volunt, eo magis praedicent, quo minus authores possunt. Qui si nunc viverent, et luce suis monumentis reddita fruerentur, omnes uno ore iustissimas Tibi gratias agerent. Tali Procopius Caesariensis officio non contentus, probaret meum; visque hac suorum Operum nuncupatione, mihi consilium optimum, sibi famam, immortalitate Nominis tua mansuram gratularetur. Stylum etiam, credo,

Tibi suum dicaret, illectus copia ac splendore materiae, quam suppeditas. Collecta in unum decora intuens, quae in clarissimis aevi sui magistratibus laudavit, eum esse Te fateretur, qui nec Symmacho Christiana beneficentia, nec Boëtio erudita pietate inferior, Proclum integritate, prudentia Phocam, lenitate animi Basilidem superes. Erunt forte qui Tribonianum Oraculum fori nominent: si tamen hos libros legerent, nihil in eo fuisse dicent, quod suspicere debeas, aut invidere possis. immo vero requirent multa, quae egregio virtutis ac doctrinae cum natura consensu in Te posita sunt; et senectutem tuam incredibili vigore corporis animique, singulari apud Principes gratia, et amplissima in subditos authoritate beatissimam faciunt. Ille satis habuit Ius scribere: Tu et scientia comprehensum tenes, et moribus exprimis, facienda factis commonstrans. De tribunali pronuntias, quemadmodum aiebat Philosophus, *cum vultu et animo Legis, quae sine ullo impotenti motu aequum bonum constituit.* Ut vero Lex a Tullio dicitur *Mutus Magistratus;* sic Tu, Illustrissime Cancellarie, non immerito appellari potes *Lex loquens.* Quid mirum, si vocem tuam Maiestas Regia suffecit suae? cum probe sciret se nullo ore vicario melius fari quam tua posse. Non est cur Ludovicus Adeodatus Te illo excitet monito Theodati Italiae Regis: *Considera in verbis tuis laudem positam Principalem. Fama nostra est quod loqueris: conscientia sine dubitatione quod sentis.* Adeo non quidquam profers, cuius ipsum vel pudere possit, vel poenitere; ut per Te obtento bonorum assensu, quo nihil est gloriosius, fidele mentis optimae testimonium, quo nihil dulcius, confirmetur. In sacrarium admissus augusti pectoris, quanta cum dignitate id reseras, et splendorem exhibes Numinis, quo plenum est! Hinc illa erga Regem maximum venerationis ad amorem accessio, et incrementum obsequii: cuius causa in extremum venisti discrimen; cum sacrilegus perduellium furor in rhedam, qua vehebaris, facto impetu, tecum Fidem, Constantiam, Aequitatem perdere tentavit. Nec dubito quin coelestis manus aliqua hebetaverit crudele ferrum, lethiferumque ignem extinxerit, ne Religio praesidium amitteret; et Pax civilis, cuius exilio sacra omnia turbari solent, reditum desperaret, sequestro orbata sapientissimo.

Te sospite rediit, viam nacta consiliis tuis expeditam: revexit opes: male dissipatas vires coëgit, Gallisque universis optabilem Victoriam revocavit. Mox ambae Regnum bearunt; dum altera vigeret domi, Te administrante Rempublicam altera foris domaret hostes, ac supplices Regum praestantissimo sisteret. Nisi Pacem domesticam fovisses, haud coacti fuissent exteri communem ab eo petere. Hanc, ipsorum iniuriis pridem pulsam, IUSTI Filius reverti iussit; reducemque *osculata est Iustitia;* ideo nunquam a nostris digressa partibus, quia Te vindicem et assertorem habuit sub amantissimo Principe. Cui sane Procopius meus in ordine infimo servire mallet, quam inter primarias dignitates Iustiniano. Urbis quidem Praefecturam gessit; sed eo tempore, quo Byzantium adeoque Imperium profligari Imperator siverat, nimium tribuens improbis magistratibus: quorum culpa fiebat, ut pacis artes belli fraudibus peiores essent. Inde, ut caetera taceam, nata est Historia arcana: qualem hic author nequiret apud Te meditari; ubi nihil odiosum, sed omnia plausu et amore digna publico videret. Res demum tuas scripturus, quid optaret aliud, nisi parem argumento facultatem dicendi? quid timeret, nisi modestiae offensionem tuae? Iam, si illius promissi memor, quo se obstrinxit in libris de Bello Gotthico, Religionis controversias mandaret literis, et opus ad hoc usque tempus perduceret; ibi Tu eminceres sub utroque LUDOVICO. Neuter profecto sui in errorum monstra odii Ministro usus est ullo, qui longius quam Tu a prece pretioque refugerit. Quoties Calvini haeresis, cuius extremos anhelitus huc e propinquo missos facile audio, in Te circa regios cancellos fremuit? cum frustra satageret ad sigillum irrepere; ut eo munita grassaretur liberius, numerumque perditorum augeret. Tunc videlicet cavisti diligentissime, ne sacra Lilia maculam contraherent, et verendos Principum vultus pollueret cera, quam indulgentia nimia mollivisset. Nihilo plus profecit larva recentior Augustinum mentiens, turpisque Novitas Antiquitatem simulans venerabilem. Longius prorupissent damnata in coelo ac terris capita; nisi Tu Dei Regisque causam toto pectore amplexus, dedisses operam, ut suis deiecta praesidiis, latebras procul quaerere cogerentur. Utinam illuc intraret salutaris pudor, neque au-

derent novum petere Concilium, qui toties Tridentinum risere. Quod si hodie coetus eiusmodi indiceretur; Sorbona, Academiarum Regina, secum reputans, quanta cum laude ipsius comitia temperaveris, procul dubio suaderet, ut amplissimi consessus cognitor optareris, reluctantibus licet defensoribus Gratiae, fato quodam ineluctabilis. Vinceret assensus Ecclesiae, quae in tuo erga se studio plurimum ponit: neque ignorat sua interesse, ut memoriam virtutis inclytae emori minime sinat. Quare sibi charissimum Seguierii nomen suis consecrabit annalibus, et egregiae in Sedem Apostolicam observantiae exemplum posteritati proponet. Nos vero minimi tantae parentis filii, quibus hoc impensius faves, quo iniquius ab illius adversariis petimur, quid non efficeremus; si et promeritis in nos tuis, et nostrae erga Te voluntati par facultas suppeteret? Equidem scio, eorum, quibuscum vivo, neminem opera egere mea, ut quo sit animo patefaciat. Quoniam tamen interpretis munus, haud adeo ab hac mea mediocritate ingenii alienum, suscepi; hic mihi liceat maxime communia inter nos sensa paucis exponere. Certius enimvero meam ac Sociorum mentem, quam Procopii, hominis externi, totque abhinc saeculis mortui, explicabo. Quaecunque in Toga supremus apex tribunalium postulat, ea nos summa in Te miramur omnia, Illustrissime Cancellarie. Ex iudicio tuo existimationem pendere nostram putamus. In benevolentia, qua tueri nos et cohonestare non desinis, conquiescimus. Nunquam pigebit honori tuo servire. A Te collata in universos benignitas ita singulos afficit, ut eam pro se quisque cum palam apud homines praedicet, tum privatim commemoret Superis, ac perdiuturnam precetur Tibi incolumitatem. Haec vere profitetur

ILLUSTRISS. AMPLITUDINI TUAE,

Tolosae VI. Kal. Octob.
An. M. DC. LXI.

Deditissimus et obsequentissimus
CLAUDIUS MALTRETUS
e Societate Jesu.

CL. MALTRETI PRAEFATIO.

LECTORI.

Si consilium est, ERUDITE LECTOR, hos Libros non prius legere, quam Auctorem pernoveris qualis fuerit; hinc oculos et manum converte ad consequentem Tomum. Ibi Nicolaus Alemannus, vir doctrina praestans, suis in Historiam Arcanam Praefationibus te voti compotem faciet: simul etiam docebit, quot et quam graves temporis hominumque iniurias PROCOPII Caesariensis pertulerint. Quod autem vir idem clar. faciendum reliquit aliis de veteri illorum interpretatione iudicium; id sibi sumpserat Iosephus Scaliger, suorum sydus, cum haec ad Davidum Hoëschelium scriberet: *Recte iudicas dignum esse Procopium, qui edatur, et quia dignus, et quia male ab Interprete acceptus est. Qui et τὰ καιριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. Nam et finem Belli Gothici iusto pene volumine fraudavit.* Hoc ultimum censurae caput proprie convenit in Christophorum Personam Romanum: qui Tetradem secundam librorum de Bellis ita truncavit, ut triadem fecerit. Caeterae reprehensionis partes ei communes sunt cum Raphaele Volaterrano, Tetradis prioris Interprete. Quando Scaliger ea, quae modo retuli, ad amicum scribebat, Graeca Procopii monimenta nondum praelo in publicum emissa fuerant; praeterquam libri *περὶ κτισμάτων:* qui quam essent mutili, in loco dicam. Hos multo auctiores Hoëschelius cum

Historia Bellorum Graece edidit Augustae Vindelicorum, anno Christi 1607. Exinde in scriptoris huius Interpretes virorum eruditorum querela increbuit. Nam versione cum Graeco textu collata, incredibilem perversitatem videbant, dolebantque quod Historia nobilissima tam male in Italia fuisset habita, ubi olim ipsius pater nihil damni a Gotthis, quanvis hostibus, accepisset. Optabant vero ut ingenii praestantissimi soboles conditione quam fieri posset optima Latio donaretur. Instante Iosepho Scaligero, id tentavit Bonaventura Vulcanius: deinde incoepto destitit, senio confectus. Negotium in se ultro receperat Daniel Heinsius, tum iuvenis, in quo diligentia, Scaligero teste, cum eruditione certabat. At illum alia studia sic averterunt, ut promissi munus haud comparuerit. Nec postea extitere libri quatuor de Bello Gotthico, ab Hugone Grotio, ut fama erat, in Latinum conversi: quos nunquam profecto vidi. Cum igitur provincia ab omnibus relicta vacua videretur, eam ego suscepi, iis auctoribus, quibus nihil negare poteram. Excepi tamen Anecdota: propterea quod illam partem Nicol. Alemannus iam feliciter occupaverat. Nunc tuum est, Lector, explorare, si vacat ac lubet, qua rem gesserim fide. In primis vide num actum egerim. Quod ut minori cum taedio faceres, consilium secutus sum eruditissimi P. Philippi Labbe, viri de me optime meriti. Nimirum libros partitus in capita, suum cuique argumentum paucis comprehensum praefixi; ut ibi, lectione fessus, tanquam ad viales lapides sedeas ac respires. Lacunas in hoc Tomo invenies omnino duas aut tres, easque tam breves, ut facillime et minimo quasi saltu transmitti queant. Tot vero tantasque habet editio Augustana, ut in unum collectae, dimidiam fere partem exaequent unius libri. Si placet iter hic complanatum, Lucae Holstenii *τοῦ μακαρίτου* memoriam grato animo cole. Quae enim deerant, ea ille ex MS. Codice Vaticano supplevit pro suo in literas, quarum decus erat, amore maximo. Non pauca in Graeco textu correxi, partim propria coniectura, partim ope R. P. Petri Possini: cui debeo, quidquid discipulus Magistro optimo doctissimoque debere potest. Is Romae cum MS. Vaticano exemplar Augustanum, quo tanquam fundo novae editionis utebar, contulit, et quas notavit discrepantes lectiones,

humanissime communicavit. Ac ne iudicio tuo quidquam subtraherem, omnia fidelissime exposui in Tomo altero: quo Lectiones varias et utriusque textus emendationes reieci. Porro si me audies, priusquam caput aliquod legas, illic inspicies quae ad ipsum pertinent. Quo fiet ut te nec menda Typographica morentur, nec facile in errorem inducant nonnulla παροράματα mea, a me tum solum animadversa, cum iam typis cusa relegerem. Relegi autem omnia quam accuratissime potui, et quidem animo Censorio: ita ut ubicunque peccasse me vidi, culpam, ut par est, mihi ipse nominatim assignem in emendationibus meis. Multo autem saepius peccassem, nisi domi consuluissem virum disciplinis excultissimum, P. Ioannem Fayonum. Si quid praeterea corrigendum videbitur, libenter a monitore quovis accipiam, et beneficium profitebor in Notis: quae, si Deus siverit, primam partem efficient tomi tertii *). Altera pars constabit ex Opusculis Poeticis, quorum hic seriem proponam. Elegantem habeo templi S. Sophiae et ambonis ἔκφρασιν, quam Paulus Silentiarius, aequalis Procopio, versibus scripsit hexametris, numero supra 1200. Haec ad Procopii libros de Aedificiis apta erit appendix cum Collectione epigrammatum veterum Christianorum, quae olim Constantinopoli, et in aliis Graeciae civitatibus, sacris aedibus inscripta legebantur. Id totum, ex MSS. Palatinis Bibliothecae Vaticanae depromptum, ad me misit Ill. Lucas Holstenius. Historiam Procopianam contingunt Corippi libri quatuor de laudibus Iustini minoris. Hos multo castigatiores possum edere, adiunctis Ruizii Assagrii et Dempsteri Annotationibus. Neque enim animus est quenquam fraudare honesti laboris fructu. Latino huic Poëtae, iam bis quidem edito, sed plane a Bibliopolis distracto, addere vellem Graecum, qui Corippum videre potuit; Georgium dico Pisidam, magnae Ecclesiae Constantinop. Diaconum. Eius libri, Holstenii beneficio, penes me sunt, adhuc inediti, de Laudibus Heraclii Imperatoris, duo: de Bello Persico eiusdem Heraclii, tres: de Bello Avarico ad muros urbis Constantinop. unus. Nec male Georgio Pisidae conveniet

---

[*) Qui non prodiit.]

cum Theodosio itidem Diacono: cuius ἀκροάσεις quinque de capta a Romano Aug. Creta mihi describendas curavit Ill. Leo Allatius, Custos Bibliothecae Vaticanae, et in arce illa Reip. literariae meritissimo collocatus. Tu vero, Lector, interea Procopio fruere: ac si minus opera in eum collata, certe animus placeat, quo et rem facere tibi gratam, et publicae utilitati servire volui.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Ι.

ARGUMENTUM

P 1
V 223

LIBRORUM OCTO PROCOPII,

EX AGATHIAE SCHOLASTICI LIB. I. P. 7—10. ED. PARIS.

Τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων
ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τῷ Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀνα-
γέγραπται, παριτέον ἐκεῖνα ἔμοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημέ-
να· τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνον ὡς οἷόν τε διεξιτέον. προοίμια μὲν
γὰρ αὐτῷ τῆς ἱστορίας Ἀρκάδιος ἀποβιοὺς ἐποιήθη, καὶ τῷ
ἐκείνου παιδὶ Θεοδοσίῳ Ἰσδιγέρδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς κηδεμὼν B
γεγενημένος, τά τε Οὐαραράνῃ καὶ Περόζῃ ξυνενεχθέντα· καὶ
ὅπως Καβάδης βασιλεὺς καταστὰς ἀφῄρηται τὴν ἀρχὴν καὶ εἶτα
θᾶττον αὐτὴν ἀνεκομίσατο, ὅπως τε Ἄμιδα ἥλω πρὸς αὐτοῦ, Ἀνα-
στασίου Ῥωμαίων βασιλεύοντος, καὶ ὅσους αὖθις μετ' ἐκεῖνον
Ἰουστῖνος ὁ πρεσβύτης ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ διεδέξατο πόνους. ἑξῆς C
δὲ τοὺς Περσικοὺς πολέμους ὁπόσοι δὴ πρός τε Καβάδην καὶ Χοσ-
ρόην ἀμφὶ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν, καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ Λαζῶν ὅρια

2. Alterum τῷ additum ex R (i. e. codice Rehdigerano Vratislaviensi). 6. Ἰσδιγέρδης R. Ἰσδηγέρδης P. 7. Οὐαραράνῃ Niebuhrius. οὐαραβάνῃ R. Οὐαράνῃ P.

Quoniam Procopius Rhetor Caesariensis partem maximam rerum aetate Iustiniani gestarum accurate conscripsit, eas quidem praetermitti a me oportet, quippe satis iam explicatas: quae vero postea sunt consecutae, illas pro mea facultate tractare debeo. Historiam suam exorsus est ab Arcadii obitu, et commissa Theodosii eius filii tutela Isdegerdi Persarum Regi. Tum narrat quae Vararani ac Perozi contigere, et quo pacto Rex factus Cabades abrogatum sibi imperium brevi recuperaverit: praeterea uti Amida ab Anastasio Romanorum Imperatore fuerit capta: et quantum postea Iustinus senior elaboraverit in coeptis. Succedunt his bella Persica, quae cum Cabade et Chosroe in Syria, Armenia et Lazicae finibus

Ἰουστινιανῷ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι διαπεπολέμηνται, τούτους
δὲ ἅπαντας ἐκ τῶν Προκοπίου λόγων ἄριστα ἂν διαγνοίης, Γελί-
D μερά τε τὸν Βανδίλον, καὶ Καρχηδόνα τὴν πόλιν, καὶ τὴν ξύμ-
πασαν χώραν τῶν Ἄφρων ἀπὸ Βονιφατίου τε καὶ Γεζερίχου καὶ
τῆς ἐν τῷ τότε ἀποστάσεως πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἰουστινια-
νῷ δουλωθεῖσαν, καὶ πάλιν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας μέρος γε-
γενημένην. μετὰ δὲ τὴν τῶν Βανδίλων κατάλυσιν, καὶ ὅσα οἱ
P 2 Μαυρούσιοι τὸ ἔθνος ἔδρασάν τε καὶ πεπόνθασι πολλαχοῦ τῆς
Λιβύης κατὰ Ῥωμαίων παρατασσόμενοι· ἔτι τε Στότζας καὶ
Γόνθαρις Ῥωμαίων μὲν ἥστην, τυράννω δὲ καταστάντε μεγί-
στων συμφορῶν τε καὶ στάσεων αἰτιωτάτω τῇ Λιβύῃ γεγόνατον,
καὶ ὡς οὐ πρότερον ἐλώφησε τὰ δεινά, πρὶν ἐκείνω τὼ ἄνδρε δια-
φθαρῆναι. ἀλλὰ καὶ τάδε ἀμέλει ἅπαντα εὕροις γε ἂν ἐν ἐκεί-
B νοις, ὅπως τε ἡ στάσις ἡ ἐμφύλιος ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τοῦ βασι-
λέως ἀρθεῖσα καὶ ἐπὶ μέγα κακοῦ ἀφιγμένη τὰ κοινὰ ἐδηλήσατο,
τάς τε τῶν Οὔννων ἐπιδρομάς, ὡς δὴ ἐν τῷ τότε τὸν Ἴστρον πο-
ταμὸν περαιωθέντες μέγιστα οἷα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐλυμήναν-
το, Ἰλλυριούς τε καὶ Θετταλοὺς καὶ τὰ πλεῖστα τῆς Εὐρώπης
ληϊσάμενοι, μέρος δέ τι καὶ τῆς Ἀσίας, τὸν Ἑλλήσποντον διαβάν-
τες. Σουρῶν δὲ ἡ πόλις ἡ ἐν Συρίᾳ καὶ Βέρροια καὶ Ἀντιόχεια ἡ
C πρὸς Ὀρόντῃ ποταμῷ ὅπως οἰκτρότατα ὑπὸ Χοσρόου πεπόρθην-
ται, τήν τε Ἐδέσσης πολιορκίαν, καὶ ὅπως ἐνθένδε ἀποκρουσθεὶς

2. Γελίμερα Niebuhrius. Γελίμερ P. 8. τῆς] τε R. 9. λιβύης R. λιβύας P. 11. τῇ λιβύῃ] τῆς λιβύης R. 16. ὡς R corr. pro ὅς. οἳ P. 18. Ἰλλυριούς] ἰλλυρίους P. 19. τὸν] τὴν R. 20. σουρὼν R. σουρῶν P.

Iustinianus Augustus gessit. Haec omnia e Procopii libris plane cognosces: item Gelimerem Vandalum, et urbem Carthaginem, adeoque Africam universam longo intervallo post Bonifacii ac Gezerici tempora ortamque tum defectionem in potestatem venisse Iustiniani, atque ita redditam Imperio Romano suam hanc partem. Post Vandalorum excidium, habes quaecumque Mauri, multis in locis Africae cum Romanis congressi, et fecere et passi sunt: deinde Stotzae et Gontharidis, qui partes Romanorum sequebantur, tyrannidem, et hinc natas calamitates ac seditiones maximas Africae, nec nisi utriusque viri caede ac sanguine extinctas. Haec ibidem reperies: quemadmodum seditio civilis contra Caesarem excitata Byzantii, evaserit in magnam perniciem, remque publicam labefactarit. Adde incursiones Hunnorum: qui Istro tunc transito, Illyricum, Thessaliam, et plerasque Europae provincias; traiecto demum Hellesponto, partem aliquam Asiae populati, Imperium Romanum damnis gravissimis affecerunt. Illud etiam, ut in Syria a Chosroe urbs Sura, Berrhoea, et sita ad Orontem fluvium Antiochia miserrime direptae fuerint: ut idem cincta obsidione

ἔπειτα ἀπιὼν ᾤχετο. πάρεστι καὶ ταῦτα ἐν τοῖσδε θεάσασθαι, τάς τε τῶν Αἰθιόπων καὶ Ὁμηριτῶν παρατάξεις καὶ ὅτου δὴ χάριν ἄμφω ἐκείνω τὼ φύλω ἐς τόδε δυσμενείας ἠλθέτην. εἴρηται δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ τοῦ μεγίστου λοιμοῦ πέρι, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν κατ᾽ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἐς τὸ ἀνθρώπειον γένος εἰσήρρησε, D καὶ ὁποῖα ἄττα παράλογα ἐν αὐτῷ ξυνηνέχθη. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁπόσα ὕστερον τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἀνὰ τὰ Λαζῶν πολίσματα καὶ Πέτρας τὸ φρούριον, πρός τε Χοριάνην καὶ Μερμερόην καὶ τὰ Περσικὰ ἐξείργασται πλήθη, καὶ ταῦτα ἐκεῖθεν ἀναλεκτέον. μεταβάντι δέ οἱ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας, ὅπως τε Θευδέριχος ὁ τῶν Γότθων βασιλεὺς ἀπεβίω καὶ Ἀμαλασοῦνθα ἡ τοῦδε παῖς ὑπὸ Θευδάτου ἀνῄρηται, καὶ ἅπαντα ὧν δὴ ἕνεκα ὁ Γοτθικὸς πόλεμος P 3 ἀνερράγη, οὐδὲ ταῦτα ἐκείνῳ παρεῖται· οὐμενοῦν ἀλλ᾽ οὐδὲ ὅπως Οὐίττιγις ὁ μετὰ Θευδάτον τοῦ Γοτθικοῦ γένους κρατήσας ὑπὸ V 224 Βελισαρίου τοῦ στρατηγοῦ μετά γε πλείστους ὅσους ἀγῶνας δορυάλωτος εἰς τὸ Βυζάντιον ἧκται· οὐδέ γε ὅπως Σικελία τε καὶ Ῥώμη καὶ Ἰταλία τοὺς ἐπήλυδας ἀποβαλοῦσα βαρβάρους πάλιν B ἤθεσι πατρίοις μετεκοσμεῖτο. λάβοι δὲ ἄν τις ἐνθένδε καὶ ὅτι Ναρσῆς ὁ τομίας ἐς Ἰταλίαν ἐστάλη, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ πρὸς τοῦ βασιλέως γεγενημένος, τούς τε κλεινοὺς ἐκείνους πολέ-

3. φύλω R. φίλω P. 6. ἄττα R. ἅσστα P. *ibid.* γὰρ καὶ] καὶ om. R. 11. Θευδάτου R. Θεοδάτου P. 13. ἀλλ᾽ οὐδὲ R. οὐδ᾽ P, omisso ἀλλ᾽. 14. Οὐίττιγις Niebuhrius. Οὐΐτιγις P. *ibid.* Θευδατον R. Θεόδατον P. 15. γε R. τε P. *ibid.* ὅσους om. R. 16. ἧκται R. ἵκται vulgo apud Agathiam: nam in P verba εἰς τὸ Βυζάντιον ἵκται exciderunt. 19. τομίας] ταμίας R. 20. τούς τε R. τοὺς δὲ P.

Edessa pulsus abierit. Insuper videre est Aethiopum et Homeritarum inter se pugnas, et causam cur hostili odio mutaverint amicitiam. De pestilentia teterrima Author ille non pauca dixit: in primis quomodo tunc temporis humanum ea genus invaserit, quamque inauditos habuerit et a communi intelligentia remotos casus. Legenda quoque apud eundem quaecunque exercitus Romanus ad oppida Lazicae et Petrae castellum adversus Chorianem et Mermeroëm copiasque Persarum patravit. In Occidentem transgressus, mortem Theoderici Gotthorum Regis, filiaeque eius Amalasunthae necem a Theodato illatam, et omnia, ex quibus bellum erupit Gotthicum, non indiligenter exponit. His adiicit, quo pacto Vitigis, qui Theodato mortuo Gotthis imperavit, post multa certamina a Belisario Duce captus fuerit et Byzantium deportatus: tum qua ratione Sicilia, Roma, adeoque Italia, exactis Barbaris advenis, ad mores et instituta patria se receperint. Inde quoque discere licet Narsetis spadonis profectionem, eique datum a Caesare imperium in Italiam, et praelia illa inclyta, quae cum To-

μους, οἳ δὴ αὐτῷ πρὸς Τωτίλαν ἄριστα διαπεπόνηνται· ὅτι τε
C αὖθις μετ' ἐκεῖνον Τεΐας ὁ Φρεδιγέρνου τὴν Γοτθικὴν ἡγεμονίαν διαδεξάμενος οὐκ ἐς μακρὰν καὶ αὐτὸς ἀνῃρέθη. ταῦτα δὲ πάντα ἐς ἕκτον τε καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας γεγένηται, καὶ Προκοπίῳ μὲν τῷ ῥήτορι ἐν τοῖσδε, οἶμαι, αὐτῷ τὰ τῆς ξυγγραφῆς διήνυσται καὶ ξυνετελέσθη· ἐγὼ δὲ .... καὶ τὰ ἑξῆς.

1. Τωτίλαν] τώτιλλαν R.

tila fortissime conseruit: denique quonam modo Fredigerni filius Teias, qui proxime successit in regnum Gotthicum, et ipse brevi interierit. Haec omnia ad annum usque vigesimum sextum principatus Iustiniani sunt gesta: ibique, opinor, Procopius Rhetor Historiae suae finem imposuit. Ego vero ...... etc.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ H 1 P 6 V 225
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Α' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Α'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Α'.] ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Α' P. Mutatum ex A.

PROCOPII CAESARIENSIS
HISTORIARUM TETRADIS I.
LIBER I.

ARGUMENTUM.
EX EDITIONE MALTRETI.

Aperit auctor propositum suum. Utilitatem, fidem ac dignitatem ostendit huius historiae. Contra antiquitatis laudatores praeposteros, aetatis suae sagittarios egregie defendit. (Cap. 1.) *Moriens Arcadius Aug. tutelam Theodosii filii sui mandat Isdigerdi, Persarum regi. Huius fides optima. Theodosii legatus Anatolius et Vararanes Persarum rex illustre inter se edunt urbanitatis exemplum. Pax componitur.* (2.) *Perozes rex Persarum bello petit Ephthalitas, sive Hunnos albos. Barbarorum istorum mores, inprimis mira lex amicitiae. Tenetur Perozes insidiis. Periculi ignarus monetur parabola: Ut evadat, perpetuam Ephthalitis pacem spondet, iuratque per salem patrio ipsorum more. Eorum regem adorare iussus facti ignominiam astu elevat.* (3.) *Altera Perozis expeditio in Ephthalitas. Horum apparatus et strategema. Salem, per quem Perozes iuraverat, e cuspide vexilli regii suspensum praeferunt. Persarum insignis clades. Per digressionem narratur piscatio unionis pretiosissimi, quem Perozes gestabat. Ex ea clade lex nata militaris. Extincto cum triginta filiis Perozi succedit Cabades natu minimus.* (4.) *Cabadis lex de promiscuo foeminarum usu irritat subditos. Blasi Perozis fratri regnum defertur, quippe haereditarium. In comitiis abhorrent omnes a crudeli Gusanastadis sententia in Cabadem, quem malunt includere in castellum Oblivionis. Huius origo nominis ex lege, contra quam venit nemo unquam nisi Pacurius. Hinc auctor digreditur ad memorabilem historiam et tragicum exitum Arsacis regis Armeniae.* (5.) *Cabades elabitur uxoris ope et Seo-*

sis. Regnum recipit. Magistratus apud Persas haereditarii. More facinorosorum excaecatur Blases. Interfecto Gusanastadi sufficit Cabades Adergudunbadem, et Chanarangem creat. Seosem nova dignitate Adrastadaransalanis ornat. (6.) Roganti mutuum argentum Cabadi negat Anastasius Aug. Hinc bellum. Obsidetur a Persis Amida. S. Iacobi Eremitae miraculum. Felix omen capiunt Magi ex impudentia meretricum Amidenarum. Credita turris custodia Monachis. Eorum somnolentia urbem perdidit. Appositum sacerdotis responsum exarmat Cabadem. Captivi cives postea dimissi. In eos benignitas Anastasii. (7.) Romani exercitus duces. Appion Praefectus castrensis aerarii. Dissidium ducum. Occurrit Cabades. Fuga Areobindi magistri militum per Orientem. Patricius atque Hypatius cladem accipiunt. Celer excurrit in Arzanenen. (8.) Romani Amidam obsident. Glones Persarum dux in insidias a rustico deductus interit. Persae parcunt aedificiis. Eorum in ferenda fame constantia. Amida pretio recipitur. Induciae annorum 7. (9.) Portarum Caspiarum descriptio. Ibi conditum ab Alexandro Magno castellum recusat emere Anastasius ab Ambazuce: quo mortuo, illud Cabades occupavit. Anastasius ex vico Dara Anastasiopolin facit, ac moenibus cingit Theodosiopolin. (10.) Anastasio succedit Iustinus. Cabades Persarum rex de successore cogitat. Caoses, Zames, Chosroes tres eius filii. Lex Persica mutilos a regni successione excludit. Cabades Chosroem adoptandum Iustino offert. Procli Quaestoris gravis oratio. Decernitur Chosrois adoptio per arma. Legati conveniunt. Solvitur eorum coetus infecta re. Origo odii Chosrois in Romanos. Seosis exitus funestissimus. Lex Persarum de non humandis mortuis. Rufinus Hypatio periculum creat. (11.) Situs Iberiae. Eius incolae Christiani optimi, iussi a Cabade non sepelire mortuos, ad Iustinum deficiunt, cum rege suo Gurgene. Probus Bosporum mittitur ad contrahenda auxilia. Varizes dignitatis nomen apud Persas. Res Lazicae et Persarmeniae. Belisarius et Sittas adolescentes Iustiniani satellites. Belisarius a Iustino numeris Darenis praepositus consiliarium habet Procopium. (12.) Iustinianus Iustini successor Belisario mandat ut castellum extruat Mindone. Opponunt se Persae et Romanos clade afficiunt. Belisarius magister militum per Orientem cum Hermogene magistro officiorum Romanos ad insigne praelium praeparat. Campi et acici Rom. dispositio. Mirrhanes nomen Persicae dignitatis, qua insignis Perozes dux summus Persarum. Velitatio. Singularia certamina sane egregia. (13.) Belisarii et Mirrhanis mutuae literae. Utriusque conciones. Aciei Persicae dispositio. Cur meridie pugnam Persae inierint. Praelium memorabile. Ingens Persarum clades. (14.) Exercitus in Armeniam a Cabade missus. Sittas magister militum per Armeniam: Dorotheus Armeniae dux. Victi bis Persae. Tzanorum sedes patriae et mores. Christianam religionem amplectuntur. Pharangium et Bolum Romani Persis eripiunt. Narses et Aratius ad Romanos transfugiunt. (15.) Rufini de pace legati ad Cabadem oratio. Respondet Cabades. Rufinus Byzantium redit. Iustinianus absolvit annum imperii quartum sub initium veris. (16.) Irruptio Persarum in Euphratesiam, olim dictam Commagenem. Origo nominis utriusque. Euphratis ac Tigridis fontes et cursus. Fanum Dianae Tauricae. Ex eo Iphigeniae fuga cum Oreste: huius morbus. Duplex ab ipso condita Comana. Unde sic dicta utraque. Dianae et Iphigeniae templa Christiani habent. Euphratis ab Acilisene in Assyriam cursus. Osroene. Mirrhanes a Cabade qua ignominia notatus. Oratio Alamundari ad Cabadem. Qualis vir Alamundarus. Qui duces: qui phylarchi. (17.) Exercitus Persici dux Azarethas; viae, Alamundarus. In Euphratesiam properat cum copiis Belisarius. Abeunte hoste sapienter cunctatur. Paschale festum quam sanctum. Belisarius a temerario praelio suos dehortatur. Eorum contumaciae cedit Azarethae concio. Praelium.

Romanorum clades. Belisarii virtus. Persarum mos in recognoscendo exercitu coram rege. Azarethas a Cabade male acceptus. (18.) *Statuit Iustinianus inire societatem cum Aethiopibus et Homeritis. Descriptio sinus Arabici. Urbs Aila. Insula Iotabe Palmetum. Maaddeni. Homeritae. Aethiopes Auxomitae. Bulicas. Urbs Adulis. Aethiopum naves cuiusmodi. Quantum viae ab Auxomide ad imperii Romani limitem in Aegypto. Elephantine. Blemyes et Nobatae. Diocletiani circa illos consilium. Philae. Barbara Blemyum sacra. Philarum templa diruta Iustiniani iussu.* (19.) *Hellistheaeus Aethiopiae rex Christianus. Iudaeos Homeritas vincit, illisque regem imponit Esimiphaeum Christianum: cui postea expulso sufficitur Abramus e servo rex. Inanes contra hunc Hellistheaei conatus. Iulianus Iustiniani legatus ad Aethiopes et Homeritas. Commercium Serici, ex quo fit vestis, Medica olim, nunc Serica dicta. Nullus legationis fructus.* (20.) *Ex Oriente revocatur Belisarius ad expeditionem Vandalicam. Sittas illi succedit. Persae Martyropolin obsident. Exploratore Persa corrupto utitur Iustinianus. Cabadis Persarum regis testamentum et obitus. Praeterito Caose natu maximo, Chosroes rex declaratur, opera Mebodis. Obsidione Martyropolis liberatur.* (21.) *Legati Romani ad Chosroem. Pacis conditiones. Quid centenarium. Turbatur pacificatio. Rufini apud Chosroem gratia. Pax demum componitur.* (22.) *Ingenium Chosrois. Facta in eum coniuratio funesta suis auctoribus. Mira Cabadis pueri fortuna. Adergudunbadis infelix benignitas. Mebodis indigna mors. Quanta calamitas sedentium iussu regis in tripode ferreo.* (23.) *Seditio Byzantina. Insania factionum Circi. Seditionis initium. Triste incendium. Seditiosorum tessera νίκα, quae vox in nomen transiit seditionis illius. Ioannes Cappadox Praefectus Praet. et Tribunianus Quaestor, qui viri. Iis suffecti Phocas et Basilides. Hypatius per vim a populo fit imperator. Origenis senatoris oratio. Ducitur in Circum Hypatius. Fugam dissuadet Theodora Aug. generosissima oratione. Belisarius et Mundus ad Circum armati vadunt. Caeduntur civium* XXX. M. *Hypatius et Pompeius confossi proiiciuntur in mare.* (24.) *Quaesturam recipit Tribunianus; Praefecturam Ioannes Cappadox, qui decimo magistratus anno poenas improbitatis dedit. Ad annum illum auctor transilit, et insidias narrat ab Antonina Ioanni structas post reditum Belisarii e bello Gotthico. Exutus Ioannes Praefectura fit sacerdos invite et Petri nomen induit. Ascribitur illi caedes Eusebii Episcopi. Summa eius calamitas.* (25.) *Redit Procopius ad tempus compressae seditionis. Belisarius iterum magister militum per Orientem, missus in Africam debellat Vandalos. Legatio Persarum in speciem gratulatoria. Darae Ioannes tyrannus e medio tollitur.* (26.)

α'. Προκόπιος Καισαρεὺς τοὺς πολέμους ξυνέγραψεν, οὓς
Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πρὸς βαρβάρους διήνεγκε τούς
τε ἑῴους καὶ ἑσπερίους, ὥς πη αὐτῶν ἑκάστῳ ξυνηνέχθη γενέ-
P 6 σθαι, ὡς μὴ ἔργα ὑπερμεγέθη ὁ μέγας αἰὼν λόγου ἔρημα χειρω-
σάμενος τῇ τε λήθῃ αὐτὰ καταπρόηται καὶ παντάπασιν ἐξίτηλα
θῆται, ὧνπερ τὴν μνήμην αὐτὸς ᾤετο μέγα τι ἔσεσθαι καὶ ξυνοῖ-
σον ἐς τὰ μάλιστα τοῖς τε νῦν οὖσι καὶ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα γενησο-
μένοις, εἴ ποτε καὶ αὖθις ὁ χρόνος ἐς ὁμοίαν τινὰ τοὺς ἀνθρώ-
πους ἀνάγκην διωθοῖτο. τοῖς τε γὰρ πολεμησείουσι καὶ ἄλλως
ἀγωνιουμένοις ὄνησίν τινα ἐκπορίζεσθαι οἷα τέ ἐστιν ἡ τῆς ἐμφε-
ροῦς ἱστορίας ἐπίδειξις, ἀποκαλύπτουσα μὲν ὅπη ποτὲ τοῖς προ-
γεγενημένοις τὰ τῆς ὁμοίας ἀγωνίας ἐχώρησεν, αἰνισσομένη δὲ
ὁποίαν τινὰ τελευτὴν τοῖς γε ὡς ἄριστα βουλευομένοις τὰ παρόν-
B τα, ὡς τὸ εἰκός, ἕξει. καί οἱ αὐτῷ ξυνηπίστατο πάντων μάλι-
V 226 στα δυνατὸς ὢν τάδε ξυγγράψαι κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δὲ αὐ-
τῷ ξυμβούλῳ ᾑρημένῳ Βελισαρίῳ τῷ στρατηγῷ σχεδόν τι ἅπα-
σι παραγενέσθαι τοῖς πεπραγμένοις ξυνέπεσε. πρέπειν τε ἡγεῖτο
ῥητορικῇ μὲν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιίαν, ξυγγραφῇ δὲ
ἀλήθειαν. ταῦτά τοι οὐδέ του τῶν οἱ ἐς ἄγαν ἐπιτηδείων τὰ
μοχθηρὰ ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ τὰ πᾶσι ξυνενεχθέντα ἕκαστα

3. ἑκάστῳ] ἑκάστοις A. 4. ὁ addidi ex A. 6. τὴν μνήμην] τῇ μνήμῃ P. τὴν φήμην (γρ. μνήμην) A. 7. ἐς τὸ A. εἰς τὸ P. 9. διωθοῖτο L. διωθεῖτο Lm. διάθοιτο P. 11. ὅπη] ὅποι A. 13. βουλευομένοις] βουλομένοις A. 15. ξυγγράψαι] ξυνῇ γράψαι A. 18. Alterum δὲ add. A. 19. του τῶν] τούτων H. πού τῶν A. τῶν P.

1. Procopius Caesariensis bella, quae cum Orientalibus et ad Occasum positis Barbaris gesta sunt a Iustiniano Romanorum Imperatore, singulatim, ut se res habuerunt, conscripsit: ne postquam facta ingentia longinquum aevum occupaverit nuda praesidio literarum, ea tradat oblivioni, ac plane deleat. Quorum ille memoriam magni fore momenti duxit, et summe tum aetati huic profuturam, tum posteritati; si quid unquam agendum erit iam actis simile. Nam et ii, quos capit libido belli, et in primis qui praelia meditantur, historia eius generis ante oculos posita iuvari possunt; quae dum exitus demonstrat, qui superioribus contigerunt in pari discrimine, simul rerum instantium probabiles eventus indicat optime considerantibus. Illud vero sciebat Author, condendae huic Historiae idoneum se esse maxime omnium; ob aliud certe nihil, nisi quia, cum a consiliis fuerit Belisario Duci, quidquid fere gestum est vidit. Hoc etiam persuasum habuit, arti Oratoriae convenire eloquentiam; Poeticae fabularum figmenta; Historiae veritatem. Quare ne amicissimorum quidem peccata

ἀκριβολογησάμενος ἀνεγράψατο, εἴτε εὖ εἴτε πη ἄλλῃ αὐτοῖς εἰργάσθαι ξυνέβη.

Κρεῖσσον δὲ οὐδὲν ἢ ἰσχυρότερον τῶν ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις τετυχηκότων τῷ γε ὡς ἀληθῶς τεκμηριοῦσθαι βουλομένῳ φανήσεται. πέπρακται γὰρ ἐν τούτοις μάλιστα πάντων ὧν ἀκοῇ ἴσμεν θαυμαστὰ οἷα, ἤν μή τις τῶν τάδε ἀναλεγομένων τῷ πα- C
λαιῷ χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα διδοίη καὶ τὰ καθ' αὑτὸν οὐκ ἀξιοίη θαυμαστὰ οἴεσθαι, ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοὺς μὲν νῦν στρατευομένους ἔνιοι καλοῦσι τοξότας, ἀγχεμάχους δὲ καὶ ἀσπιδιώτας καὶ τοιαῦτα ἄττα ὀνόματα τοῖς παλαιοτάτοις ἐθέλουσι νέμειν, ταύτην τε τὴν ἀρετὴν ἐς τοῦτον ἐληλυθέναι τὸν χρόνον ἥκιστα οἴονται, ἀταλαίπωρόν γε καὶ τῆς πείρας ἀπωτάτω τὴν περὶ αὐτῶν ποιούμενοι δόξαν. οὐ γάρ τις πώποτε αὐτοῖς ἔννοια γέγονεν ὅτι δὴ τοῖς μὲν παρ' Ὁμήρῳ τοξεύουσιν, οἷσπερ καὶ ὑβρίζεσθαι ἀπὸ τῆς τέχνης ὀνομαζομένοις ξυνέβαινεν, οὐχ ἵππος ὑπῆν, οὐ δόρυ, οὐκ ἀσπὶς ἤμυνεν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τοῦ σώματος φυλακτήριον ἦν, D
ἀλλὰ πεζοὶ μὲν ἐς μάχην ᾔεσαν, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτοῖς ἦν ἀναγκαῖον, ἑταίρου του ἐκλεγομένοις ἀσπίδα, ἢ στήλῃ ἐπὶ τύμβῳ τινὶ κεκλιμένοις, ἔνθα οὔτε τρεπόμενοι διασώζεσθαι οὔτε φεύ-

1. ἀκριβολογησάμενος A. ἀκριβολογούμενος P. *ibid.* „ἀνεγράψατο Reg.“ Malt. ξυνεγράψατο P. *ibid.* εἰργάσθαι] εἰργάσασθαι A. 5. φανήσεται] φανήσεσθαι A, φανήσεται a m. rec. 7. καθ' αὑτὸν A. κατ' αὐτὸν P. 15. ὀνομαζομένοις] ὀνομαζομένης A, οις a corr. 17. ἀλλὰ —] Cum his et sequentibus Maltretus comparat Iliad. ε, 192. θ, 267. λ, 371. δ, 123. λ, 390. 18. „ἑταίρου Reg.“ Malt. ἑτέρου P. *ibid.* στήλῃ] στήλην A. 19. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

texit; sed cuiusque actus, pravos iuxta atque honestos, quam potuit accuratissime literis prodidit.

Quod attinet ad facinora armis edita in hisce bellis, quicunque illa volet exigere ad veritatem, nihil usquam praestantius, nihil fortius reperiet. Ea sane patrata sunt, quibus omnia, quae fama accepimus, admirabilitate concedant. Nisi forte eorum, qui haec legunt, malit quis honorarium deferre antiquitati, nec res aetate sua gestas dignetur ulla admiratione. Enimvero non desunt, qui huius aevi bellatores per contemptum *Sagittarios* vocitent: priscis autem grandia quaedam attribuant *Pugnantum cominus*, *Scutatorum*, aliaque id genus nomina; sic, ut bellicam illam intercidisse vim, neque ad nos pervenisse censeant, rudes omnino et inexperti eiuscemodi rerum aestimatores. Profecto nunquam adverterunt sagittariis Homericis, quibus artis suae nomen opprobrio vertebatur, non equum, non hastam, non scutum, nullum denique corporis munimentum fuisse; at in certamen venisse pedibus, et necesse habuisse delitescere optando sibi praesidium post clypeum commilitonis, vel ad cippum adnitendo supra sepulchrum: ubi nec fuga evadere, nec

γουσι τοῖς πολεμίοις ἐπιτίθεσθαι οἷοί τε ἦσαν, οὐ μὴν οὐδὲ ἀπὸ
τοῦ ἐμφανοῦς διαμάχεσθαι, ἀλλά τι κλέπτειν ἐδόκουν ἀεὶ τῶν ἐν
τῇ ξυμβολῇ γινομένων. ἄνευ δὲ τούτων οὕτως ἀταλαιπώρως
H 2 ἐχρῶντο τῇ τέχνῃ, ὥστε πελάσαντες τῷ σφετέρῳ μαζῷ τὴν νευ-
ρὰν εἶτα τὸ βέλος ἠφίεσαν κωφόν τε καὶ οὐτιδανὸν εἰκότως τοῖς
δεχομένοις ἐσόμενον. τοιαύτη μέν τις οὖσα ἡ τοξεία φαίνεται
πρότερον.

P 7 Οἱ δέ γε τανῦν τοξόται ἴασι μὲν ἐς μάχην τεθωρακισμένοι
τε καὶ κνημῖδας ἐναρμοσάμενοι μέχρι ἐς γόνυ. ἤρτηται δὲ αὐτοῖς
ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς πλευρᾶς τὰ βέλη, ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας τὸ ξί-
φος. εἰσὶ δὲ οἷς καὶ δόρυ προσαποκρέμαται καὶ βραχεῖά τις ἐπὶ
τῶν ὤμων ἀσπὶς ὀχάνου χωρὶς, οἵα τά τε ἀμφὶ τὸ πρόσωπον
καὶ τὸν αὐχένα ἐπικαλύπτειν. ἱππεύονται δὲ ὡς ἄριστα καὶ θέον-
τος αὐτοῖς ὡς τάχιστα τοῦ ἵππου τὰ τόξα τε οὐ χαλεπῶς ἐντεί-
νειν οἷοί τέ εἰσιν ἐφ' ἑκάτερα καὶ διώκοντάς τε βάλλειν τοὺς πο-
λεμίους καὶ φεύγοντας. ἕλκεται δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸ μέτωπον ἡ
B νευρὰ, παρ' αὐτὸ μάλιστα τῶν ὤτων τὸ δεξιὸν, τοσαύτης ἀλκῆς
ἐμπιπλῶσα τὸ βέλος, ὥστε τὸν ἀεὶ παραπίπτοντα κτείνειν, οὔτε
ἀσπίδος ἴσως οὔτε θώρακος ἀποκρούεσθαί τι δυναμένου τῆς ῥύ-
μης. εἰσὶ δὲ οἳ τούτων ἥκιστα ἐνθυμούμενοι σέβονται μὲν καὶ
τεθήπασι τὸν παλαιὸν χρόνον, οὐδὲν δὲ ταῖς ἐπιτεχνήσεσι δι-

2. ἀλλά τι] ἀλλὰ τὸ A. 5. ἠφίεσαν] ἀφίεσαν A. 8. ἴασι] ἴασιν A. 9. μέχρι A. μέχρις P. 12. οἷα] οἷα P. 13. τὸν om. A. 18. ἐμπιπλῶσα A. ἐμπιπλᾶσα P. ibid. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

vertentibus terga hostibus instare poterant. Non illi ex aperto pugnare; sed eorum, quae in praelio fierent, aliquid furtim sublegere semper videbantur. Praeterea in usu artis suae adeo inertes erant, ut admoto ad mammam nervo sagittam impellerent languidam, et merito ab iis ipsis, quos attingebat, deridendam ut futilem. Ita quidem veteres artem sagittariam exercebant.

Hodie vero qui arcu militant, ad pugnam procedunt loricati, et ocreis ad genu usque pertinentibus muniti. Aptas e latere dextro sagittas habent, e sinistro gladium: hastile etiam appensum nonnulli gestant, et scutulum nulla instructum ansa, ad humeros habile, quo vultum et collum tegant. Commode equitant, et quam celerrime currente equo sagittas expedite missitant utroque versum, hostemque insequentem aeque feriunt ac fugientem. Caeterum elato ad frontem arcu, nervum retorquent ad aurem pene usque dexteram: isque vim tantam incutit sagittae, ut haec obvio cuique certum exitium afferat; nihil utique ad repellendum impetum conferentibus nec clypeo nec lorica. Sunt tamen qui his minime perpensis antiquitatem unam venerentur ac stupeant, neque in

δόασι πλέον. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν κωλύσει μὴ οὐχὶ μέγιστά τε καὶ ἀξιολογώτατα ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις ξυμβῆναι. λελέξεται δὲ πρῶτον ἀρξαμένοις μικρὸν ἄνωθεν ὅσα Ῥωμαίοις ξυνηνέχθη καὶ Μήδοις πολεμοῦσι παθεῖν τε καὶ δρᾶσαι.

β'. Ἡνίκα τὸν βίον Ἀρκάδιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐν Βυζαντίῳ C *τελευτᾶν ἤμελλεν (ἦν γάρ οἱ παῖς Θεοδόσιος οὔπω τοῦ τιτθοῦ ἀπαλλαγείς), διηπορεῖτο ἀμφί τε τῷ παιδὶ καὶ τῇ βασιλείᾳ,* V 227 *εὖ θέσθαι ἄμφω ὡς ἥκιστα ἔχων. ἐγίνετο γάρ τις αὐτῷ ἔννοια, ὡς, ἢν μὲν κοινωνόν τινα Θεοδοσίῳ τῆς ἡγεμονίας πορίζηται, αὐτὸς ἂν τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ διαχρησάμενος τῷ ἔργῳ εἴη, πολέμιον αὐτῷ δύναμιν τὴν βασίλειον περιβεβλημένον ἐπαγαγών, ἢν δὲ μόνον αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστήσηται, πολλοὶ* D *μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἐπιβατεύσουσι, τῆς τοῦ παιδὸς ἐρημίας, ὥς τὸ εἰκός, ἀπολαύοντες, ἐπαναστάντες δὲ πόνῳ οὐδενὶ τυραννήσουσι, τὸν Θεοδόσιον διαφθείραντες, ἐπεὶ οὐδένα ἐν Βυζαντίῳ ξυγγενῆ εἶχεν, ὅς γ' ἂν αὐτῷ ἐπίτροπος εἴη. Ὀνώριον γάρ οἱ τὸν θεῖον ἐπαρκέσειν οὐδαμῇ ἤλπισε, πονηρῶν ἤδη τῶν Ἰταλίας πραγμάτων ὄντων. οὐδὲν δὲ ἧσσον καὶ τὰ ἐκ Μήδων αὐτὸν ξυνετάρασσε, δεδιότα μὴ οἱ βάρβαροι οὗτοι τῆς τοῦ αὐτοκράτορος* P 8 *καταθέοντες ἡλικίας ἀνήκεστα ἔργα Ῥωμαίους δράσωσιν. ἐς ταύτην Ἀρκάδιος τὴν ἀμηχανίαν ἐμπεπτωκώς, καίπερ οὐ γεγονὼς*

10. *αὐτοῦ*] *αὑτοῦ* P. 18. *μήδων* A. *μήδου* P. 20. *ῥωμαίους* A. *ῥωμαίοις* P.

pretio maiori habeant novas accessiones industriae. Nihilominus hoc manebit, res in his bellis amplissimas et cum primis memorabiles effectas fuisse. Nunc priorem locum dabimus bello, quod Romanos inter ac Medos fuit, variamque eius fortunam, offensiones et victorias prosequemur, ubi rem paulo altius repetierimus.

2. Byzantii cum Arcadius Augustus in extremis ageret, Theodosii filii sui nondum amoti ab ubere et Imperii vicem sollicitus, quid testamento decerneret, quo bene cautum utrique esset, nesciebat. Etenim veniebat in mentem vereri, ne si Theodosio principatus consortem daret, filio ipse suo conflaret exitium, hostem illi inducendo suprema potestate septum: sin eum solum scriberet Imperatorem, multi (quod proclive videbatur) capta opportunitate solitudinis pueri affectarent regnum, et oppresso rebellione Theodosio tyrannidem nullo negotio occuparent; maxime cum Byzantii nemo adesset propinquorum, in cuius tutelam tradi posset. Neque enim spes erat laturum ipsi opem Honorium patruum, difficillimis Italiae rebus impeditum. Nec minus illum conturbabat impendens a Medis timor; cum metueret ne suis hi Barbari incursionibus, dum per teneram Imperatoris aetatem liceret impune, Romanos attererent. Has in angustias adductus Arcadius, vir caetera haud adeo sa-

ἐς τἄλλα ἀγχίνους, βουλεύεται βουλὴν, ἥτις οἱ τόν τε παῖδα καὶ τὴν ἀρχὴν διασώσασθαι εὐπετῶς ἴσχυσεν, εἴτε κοινολογησάμενος τῶν λογίων τισὶν, οἷοι πολλοὶ βασιλείοις παρεδρεύειν εἰώθασιν, ἢ θείας τινὸς ἐπιπνοίας αὐτῷ γενομένης. διαθήκης γὰρ διαθεὶς γράμματα, διάδοχον μὲν τῆς ἡγεμονίας ἀνεῖπε τὸν παῖδα, ἐπίτροπον δὲ αὐτῷ κατεστήσατο Ἰσδιγέρδην τὸν Περσῶν βασιλέα, ᾧ δὴ πολλὰ ἐν ταῖς διαθήκαις ἐπέσκηψε, Θεοδοσίῳ τὴν
B βασιλείαν σθένει τε καὶ προνοίᾳ πάσῃ συνδιασώσασθαι. Ἀρκάδιος μὲν ὧδε τήν τε ἀρχὴν καὶ τὰ οἰκεῖα διοικησάμενος ἐτελεύτησεν· Ἰσδιγέρδης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ἐπεὶ τὸ γράμμα τοῦτο ἀπενεχθὲν εἶδεν, ὢν καὶ πρότερον ἐπὶ τρόπου μεγαλοφροσύνῃ διαβόητος ἐς τὰ μάλιστα, ἀρετὴν ἐπεδείξατο θαύματός τε πολλοῦ καὶ λόγου ἀξίαν. τὰς γὰρ Ἀρκαδίου ἐντολὰς ἐν ἀλογίᾳ οὐδεμιᾷ ποιησάμενος εἰρήνῃ τε ἀφθόνῳ χρώμενος διαγέγονεν ἐς Ῥωμαίους τὸν πάντα χρόνον καὶ Θεοδοσίῳ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. αὐτίκα γοῦν πρὸς Ῥωμαίων τὴν βουλὴν γράμματα ἔγραψεν, ἐπίτροπός τε οὐκ ἀπαρνούμενος Θεοδοσίου βασιλέως εἶναι καὶ πόλε-
C μον ἐπανατεινάμενος, ἤν τις αὐτῷ ἐς ἐπιβουλὴν ἐγχειροίη καθίστασθαι.

Ἐπεὶ δὲ Θεοδόσιος μὲν ἀνήρ τε ἐγεγόνει καὶ ἡλικίας πόρρω ἀφῖκτο, Ἰσδιγέρδης δὲ νοσήσας ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, ἐπῆλθεν μὲν ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν Οὐαραράνης ὁ Περσῶν βασιλεὺς

1. βουλὴν L. βουλῇ P. 3. βασιλείοις A. βασιλεῖ P. 6. τὸν] τῶν P. 18. ἐπανατεινάμενος] ἐπανατεινόμενος A correctus. 21. ἐπῆλθεν — ἄχαρι] ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν, οὐδὲν δὲ ἔδρασεν ἄχαρι, Suidas s. v. ἄχαρι.

gaci ingenio, viam iniit filio atque Imperio saluberrimam, sive tum egerit cum prudentibus viris (quales multi assidere et a consiliis esse Imperatori solent) sive divino quodam actus instinctu fuerit. Conscripto enim testamento, haeredem Imperii filium, huius tutorem instituit Isdigerdem Regem Persarum. Supremis tabulis obsecrationem inseruit, eum enixe rogans, ut ad Imperium Theodosio asserendum potentiam suam omnem providentiamque conferret. Hunc in modum Arcadius et publicis et domesticis rebus compositis, e vita migravit. Rex autem Persarum Isdigerdes magnitudine animi iam ante clarissimus, cum oblatas sibi tabulas legisset, virtutis exemplum edidit mirum valde ac memorandum. Mandata enim Arcadii minime aspernatus, Romanos, quandiu vixit, pace beavit altissima, et imperium Theodosio conservavit, siquidem per literas ad Senatum Romanum extemplo datas, Theodosii Augusti tutelam agnovit, bellumque iam tum intentavit, si quid novi in ipsum quispiam attentaret.

Maior evaserat, et adulta aetate erat Theodosius, Isdigerdes autem morbo obierat, quando Vararanes Persarum Rex cum ingenti exercitu in

fidei citra legis iniuriam. Nam omnes praegressus adiit ipsum Adergudunbades Gusanastadis consanguineus, adolescens bellica laude excellens. Hic primus Dominum salutavit Cabadem, et adoratione Regem agnovit, supplicans ut se tanquam servo ad omnia paratissimo uteretur. Nullo deinde negotio Cabades regia potitus, nudum ab defensoribus Blasem cepit excaecavitque eo quo solent modo Persae caecitatem inferre facinorosis, decocto nimirum oleo, et in oculos inconniventes, cum maxime fervet, infuso; aut immissa penitus acu ferrea eaque candenti. Atque illum quidem in custodia deinceps habuit, regno Persico potitum biennio; Gusanastadem vero morte mulctavit, Chanarange in eius locum suffecto Adergudunbade; Seosem autem Adrastadaransalanem (id valet summum magistratuum omnium militumque Praefectum) renunciavit. Id ille munus et primus et solus obtinuit; ut quod nemini ante ipsum nec post unquam delatum fuerit. At Cabades regnum bene complexus, firmissime tenuit: quippe vir tam solers et gnavus erat quam qui maxime.

7. Haud multo post, cum non haberet Cabades unde solveret, quam Regi Ephthalitarum summam debebat, Anastasium Augustum rogavit, uti

χρήματα· ὁ δὲ κοινολογησάμενος τῶν ἐπιτηδείων τισὶν ἐπυνθά-
νετο εἴ γέ οἱ ταῦτα ποιητέα εἴη. οἵπερ αὐτὸν τὸ συμβόλαιον
ποιήσασθαι οὐκ εἴων. ἀξύμφορον γὰρ ἀπέφαινον εἶναι βεβαιό-
P 20 τερον τοῖς πολεμίοις χρήμασιν οἰκείοις ἐς τοὺς Ἐφθαλίτας τὴν
φιλίαν ποιήσασθαι, οὓς δὴ ἐς ἀλλήλους ξυγκρούειν ὅτι μάλιστα
σφίσιν ἄμεινον εἶναι. διὸ δὴ Καβάδης ἐξ οὐδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας
ἔγνω ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύεσθαι. καὶ πρῶτον μὲν αὐτάγγελος
Ἀρμενίων τῇ χώρᾳ ἐπῆλθε, καὶ αὐτοῦ τὰ πολλὰ ἐξ ἐπιδρομῆς
λῃσάμενος ἐς Ἄμιδαν πόλιν ἐν Μεσοποταμίᾳ κειμένην ἐκ τοῦ
αἰφνιδίου ἀφίκετο, ἧς δὴ χειμῶνος ὥρᾳ ἐς πολιορκίαν καθίστατο.
Ἀμιδηνοὶ δὲ στρατιωτῶν μέν, ἅτε ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀγαθοῖς πρά-
γμασιν, οὐ παρόντων σφίσι, καὶ ἄλλως δὲ ἀπαράσκευοι παντάπα-
σιν ὄντες ὅμως τοῖς πολεμίοις ὡς ἥκιστα προσχωρεῖν ἤθελον, ἀλλὰ
τοῖς τε κινδύνοις καὶ τῇ ταλαιπωρίᾳ παρὰ δόξαν ἀντεῖχον.

B Ἦν δέ τις ἐν Σύροις ἀνὴρ δίκαιος, Ἰάκωβος ὄνομα, ᾧ τὰ
ἐς τὸ θεῖον ἐς τὸ ἀκριβὲς ἤσκητο. οὗτος ἐν χωρίῳ Ἐνδιήλων,
διέχοντι Ἀμίδης ἡμέρας ὁδόν, πολλοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις αὐτὸν
V 236 καθεῖρξεν, ὅπως δὴ ἀδεέστερον τὰ ἐς τὴν εὐσέβειαν μελετᾶν δύ-
νηται. καὶ αὐτοῦ οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι ὑπουργοῦντες τῇ γνώμῃ
δρυφάκτοις τισὶ περιέβαλον, οὐ ξυνημμένοις μέντοι, ἀλλὰ χω-
ρὶς πεπηγόσιν ἀλλήλων, ὥστε ὁρᾶν τοὺς προσιόντας καὶ ξυγγί-
νεσθαι οἷόν τε εἶναι. καὶ τέγος τι αὐτῷ ἐτεκτήναντο βραχὺ ὕπερ-
θεν, ὅσον ὄμβρους τε καὶ νιφετοὺς ἀποκρούεσθαι. ἐνταῦθα οὗ-

6. *ἄλλης αἰτίας* om. A. *nulla alia de causa* RV.

pecuniam apud se foenore occuparet. Is ad amicorum consilium re delata, quid opus facto esset quaesivit? Eum illi ab huiusmodi pactione averterunt, demonstrando ipsum sibi fraudem creaturum, si amicitiam pecunia sua sanciret hostes inter et Ephthalitas, quos mutua dissensione collidere praestaret. Repulsa haec una Cabadem ad inferendum Romanis bellum impulit. In Armeniam primum irrupit, famam ipsam celeritate praevertens, et cum magnam regionis partem praedabundus percurrisset, Amidam urbem Mesopotamiae improvisus advenit, hyemeque obsedit. Amideni, quamquam tunc, ut in pace atque optimo Reip. tempore, a militibus erant et rebūs omnibus imparati, nolebant tamen se hosti dedere, et in periculis aerumnisque praeter opinionem durabant.

Tunc agebat in Syria Iacobus, eximia vir sanctimonia ac divinis in rebus exercitatissimus. Quarum commentationi ut securius vacaret, in agro Endiclorum, unde Amida diei unius iter abest, multis ante annis se compegerat in angustum septum. Id indigenae viri sancti proposito inservientes non contiguis, at raris vallis condiderant, quo inclusum aspicere adeuntes, et colloqui cum eo possent. Quoddam etiam tectum superposuerant, quantulum satis esset ad imbrium niviumque arcendam vim.

τος ὁ ἀνὴρ ἐκ παλαιοῦ καθῆστο, πνίγει μὲν ἢ ψύχει ὡς ἥκιστα εἴκων, σπέρμασι δέ τισιν ἀποζῶν, οἷσπερ οὐ καθ' ἡμέραν, ἀλλὰ χρόνου πολλοῦ σιτίζεσθαι εἰώθει. τοῦτον οὖν τὸν Ἰάκωβον τῶν C τινες Ἐφθαλιτῶν καταθέοντες τὰ ἐκείνῃ χωρία εἶδον, καὶ τόξα H 10 σπουδῇ πολλῇ ἐντεινάμενοι βάλλειν ἤθελον. πᾶσι δὲ ἀκίνητοι αἱ χεῖρες γεγονυῖαι τὰ τόξα ἐνεργεῖν οὐδαμῇ εἶχον. ὅπερ ἐπεὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ περιφερόμενον ἐς Καβάδην ἦλθεν, αὐτόπτης γενέσθαι ὁ Καβάδης τοῦ ἔργου ἐβούλετο, ἰδών τε ἐν θάμβει μεγάλῳ ξὺν Περσῶν τοῖς παροῦσιν ἐγένετο, καὶ τὸν Ἰάκωβον ἐλιπάρει ἀφεῖναι τοῖς βαρβάροις τὸ ἔγκλημα. ὁ δὲ ἀφῆκέ τε λόγῳ ἑνὶ καὶ τὰ δεινὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐλέλυντο. Καβάδης μὲν οὖν αἰτεῖν τὸν ἄνδρα ἐκέλευσεν ὅ τι ἂν αὐτῷ βουλομένῳ εἴη, χρήματα οἰόμενος αὐτὸν μεγάλα αἰτήσειν, καί τι καὶ νεανιευσάμενος, ὡς D οὐδενὸς πρὸς αὐτοῦ ἀτυχήσει. ὁ δέ οἱ τοὺς ἀνθρώπους ἐδεῖτο χαρίζεσθαι ὅσοι ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ καταφεύγοντες παρ' αὐτὸν ἵκωνται. ταύτην Καβάδης τὴν δέησιν ἐπιτελῆ ἐποίει καὶ γράμματα ἐδίδου τῆς ἀσφαλείας ἐνέχυρα. πολλοὶ γοῦν πανταχόθεν ξυρρέοντες ἐνταῦθα ἐσώζοντο· περιβόητος γὰρ ἡ πρᾶξις ἐγένετο. ταῦτα μὲν ὧδέ πη ἔσχε.

Καβάδης δὲ Ἄμιδαν πολιορκῶν κριὸν τὴν μηχανὴν πανταχόσε τοῦ περιβόλου προσέβαλε. καὶ Ἀμιδηνοὶ μὲν τὴν ἐμβολὴν ἀεὶ δοκοῖς τισιν ἐγκαρσίαις ἀνέστελλον, ὁ δὲ οὐκ ἀνῆκεν, ἕως ταύτῃ ἀνάλωτον εἶναι τὸ τεῖχος ἔγνω. πολλάκις γὰρ ξυμβαλὼν

18. περιβόητος] „περιβόητον Reg." Malt.

Hanc ille sedem diutissime tenuerat, ab aestu invictus et frigore, leguminibus vitam tolerans; ac ne his quidem quotidie, sed longa per intervalla consueverat vesci. Eum forte Ephthalitae nonnulli illac pervagantes viderunt. Mox animos barbaros libido incessit sagittas in virum experiendi. Iamque collimabant, cum omnium repente manus ita diriguere, ut ad arcum inertes haeserint. Discurrens rei fama per castra, ubi pervenit ad Cabadem, eum ut oculis miraculum acciperet perpulit. Simul vidit, obstupuit, et cum eo Persae qui aderant: tum barbaris delicti gratiam precatus est a Iacobo; qui continuo exoratus, poena solutos dimisit. At Cabades optionem quidvis petendi fecit, ratus grandem pecuniam rogaturum, ideoque iactanter pollicitans ipsius vota cumulate impletum iri. Hoc ille unum poposcit, ut quicunque per id bellum ad se perfugerent, sibi omnes condonarentur. Postulatum Cabades ratum habens, fidei publicae literas dedit. Ita multis data salus, qui eo undique confluxerunt, fama rei gestae exciti. Haec ibi.

Cum autem Cabades Amidam oppugnans ab omni parte muros ariete verberaret, non cessabant oppidani, missis desuper trabibus transversis machinae caput decutere. Neque abstitit, donec ea via expugnari moenia non posse animadvertit. Iteratis enim saepe impressionibus nequive-

P. 21 καθελεῖν τι τοῦ περιβόλου ἢ κατασεῖσαι ἥκιστα ἴσχυσεν, οὕτως ἀσφαλῶς ἡ οἰκοδομία τοῖς δειμαμένοις τῶν παλαιῶν εἴργαστο. τούτου δὲ Καβάδης ἀποτυχὼν λόφον τινὰ χειροποίητον ἐπιτείχισμα τῇ πόλει ἐποίει, μέτρῳ πολλῷ ὑπεραίροντα τοῦ τείχους τὸ μῆκος, οἵ τε πολιορκούμενοι ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἀρξάμενοι κατώρυχα μέχρις ἐς τὸν λόφον ἐποίουν, καὶ λάθρα ἐνθένδε τὸν χοῦν ἐκφοροῦντες κενὰ ἐπὶ πλεῖστον τὰ ἐντὸς τοῦ λόφου εἰργάσαντο. τὰ μέντοι ἐκτὸς ἐφ' οὗπερ ἐγεγόνει σχήματος ἔμεινεν, οὐδενὶ αἴσθησιν παρεχόμενα τοῦ πρασσομένου. πολλοὶ μὲν Πέρσαι ὥσπερ ἐπ' ἀσφαλοῦς ἀναβαίνοντες ἔν τε τῇ ἄκρᾳ ἐγένοντο καὶ B βάλλειν ἐνθένδε κατὰ κορυφὴν τοὺς ἐν τῷ περιβόλῳ διενοοῦντο. τοῦ δὲ ὁμίλου δρόμῳ ἐπιρρέοντος ἐκπεσὼν ὁ λόφος ἐκ τοῦ αἰφνιδίου σχεδόν τι ἅπαντας ἔκτεινε. Καβάδης δὲ τοῖς παροῦσιν ἀπορούμενος τὴν προσεδρείαν διαλύειν ἔγνω, καὶ τῷ στρατοπέδῳ ἀναχωρεῖν ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐπήγγελε. τότε δὴ οἱ πολιορκούμενοι, ἅτε τοῦ κινδύνου ἀφροντιστήσαντες, πολλὰ τοὺς βαρβάρους ξὺν γέλωτι ἀπὸ τοῦ περιβόλου ἐτώθαζον. καί τινες ἑταῖραι ἀνελκύσασαι κόσμῳ οὐδενὶ τὴν ἐσθῆτα Καβάδῃ ἄγχιστά που ἑστηκότι ἐδείκνυον ὅσα τῶν γυναικῶν γυμνὰ φανῆναι ἀνδράσιν οὐ θέμις. ὅπερ κατιδόντες οἱ μάγοι τῷ τε βασιλεῖ ἐς ὄψιν ἦλθον καὶ τὴν C ἀναχώρησιν διεκώλυον, ξυμβάλλειν ἰσχυριζόμενοι τῷ γεγονότι ὡς ἅπαντα Καβάδῃ Ἀμιδηνοὶ τά τε ἀπόρρητα καὶ κρυπτόμενα οὐκ ἐς μακρὰν δείξουσιν. οὕτω μὲν τὸ τῶν Περσῶν στρατόπεδον αὐτοῦ ἔμεινεν.

15. ἐπήγγελε] ἐπήγγελλε L.

rat tantulum labefacere: adeo firmum opus fecerant antiqui structores. Ea spe deiectus Cabades, aggerem, unde urbem appeteret, molitus est, tam altum, ut muros longe superaret. Contra obsessi, intra muros coeptum cuniculum perduxerunt usque ad aggerem: unde terra furtim egesta, molem late inanierunt intus, manente, ut erat, extrinsecus facie, sic ut nemini indicium ullum subiectae fraudis praeberet. Quare ad fastigium magno Persae numero intrepide ascendebant, ut in murorum propugnatores tela desuper mitterent. Sed eo confertiori multitudine affluente, subsidens repente tumulus ruinam dedit, qua fere omnes absorpti sunt. His in angustiis decrevit Cabades obsidionem solvere, suisque profectionem in diem proximum edixit. Tum obsessi metu vacui, e moenibus crebra in Barbaros dicteria ac sannas torquere. Quin eo prorupit impudentia meretricularum, ut reducta veste astanti prope Cabadi eam corporis partem ostentarint, quam foeminae nudam viris monstrare honeste nequeunt. Rem conspicati Magi ad Regem adeunt, et profectionem dissuadent, affirmantes inde certo se augurari brevi fore, ut quidquid arcani penitusque reconditi haberent Amideni, ab ipsis patefieret. Itaque ille castra non movit.

Ἡμέραις δὲ τῶν τις Περσῶν οὐ πολλαῖς ὕστερον ἄγχιστα τῶν πύργων τινὸς ἐκβολὴν ὑπονόμου παλαιοῦ εἶδεν οὐ ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ κεκαλυμμένην, ἀλλὰ χάλιξι σμικραῖς τε καὶ οὐ λίαν συχναῖς. νύκτωρ τε μόνος ἐνταῦθα ἥκων καὶ τῆς εἰσόδου ἀποπειρασάμενος ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένετο. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τὸν πάντα λόγον Καβάδῃ ἀπήγγελε. καὶ ὃς τῇ ἐπιγινομένῃ νυκτὶ κλίμακας ἐν παρασκευῇ ποιησάμενος ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐνταῦθα ἦλθε. D καί τις αὐτῷ δεξιὰ ξυνηνέχθη τύχη τρόπῳ τοιῷδε. τὸν πύργον, ὃς δὴ τοῦ ὑπονόμου ἄγχιστα ἐτύγχανεν ὤν, φυλάσσειν τῶν Χριστιανῶν οἱ σωφρονέστατοι ἔλαχον, οὕσπερ καλεῖν μοναχοὺς νενομίκασι. τούτους ἑορτήν τινα ἄγειν ἐνιαύσιον ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τετύχηκεν. ἐπεί τε ἡ νὺξ ἐπεγένετο, ἅπαντες, ἅτε κόπῳ μὲν πολλῷ διὰ τὴν πανήγυριν ἀμελήσαντες, μᾶλλον δὲ τοῦ εἰθισμένου V 237 σιτίων τε καὶ ποτοῦ ἐς κόρον ἐλθόντες ὕπνον τινὰ ἡδύν τε καὶ πρᾶον ἐκάθευδον καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὡς ἥκιστα τῶν ποιουμένων ᾐσθάνοντο. Πέρσαι γοῦν διὰ τοῦ ὑπονόμου ἐντὸς τοῦ περιβόλου κατ' ὀλίγους γενόμενοι ἐς τὸν πύργον ἀνέβαινον, καὶ τοὺς μοναχοὺς καθεύδοντας ἔτι εὑρόντες ἀπέκτειναν ἅπαντας. ὅπερ ἐπεὶ H 11 Καβάδης ἔγνω, τὰς κλίμακας τῷ τούτου τείχει δὴ ἄγχιστα τοῦ πύργου προσῆγεν. ἡμέρα δὲ ἦν ἤδη. καὶ τῶν Ἀμιδηνῶν οἳ ἐν τῷ πύργῳ τῷ ἐχομένῳ ἐφύλασσον αἰσθόμενοι τοῦ κακοῦ κατὰ τάχος P 22 ἐβοήθουν. ἐνταῦθα ὠθισμῷ τε πολλῷ ἐπὶ πλεῖστον ἀμφότεροι ἐς ἀλλήλους ἐχρῶντο καὶ τὸ πλέον ἤδη Ἀμιδηνοὶ ἔχοντες τῶν τε

13. ἀμελήσαντες Hm. ὁμιλήσαντες P. 14. ὕπνον — ἀπ' αὐτοῦ addidi ex A. *alto dulcique somno dormierunt, ex quo* — RV. 22. ὠθισμῷ] ὠθησμῷ A.

Paucis interiectis diebus Persa quidam oculos forte coniecit in fauces cuniculi veteris, qui propter turrim ductus fuerat. Eas autem temere et minutis duntaxat neque admodum multis obstructas silicibus deprehendit. Quo noctu solus cum accessisset, tentavit aditum et in urbem penetravit. Ut illuxit, rem plane indicavit Cabadi: qui nocte proxime consecuta, paratis scalis cum modica suorum manu illo se contulit, et quidem peropportune. Turris cuniculo proximae custodia Christianorum moderatissimis, quos Monachos appellant, obtigerat. Festum isti solenne egerant eo ipso die. Oborta nocte, fracti omnes gravi labore panegyris, et cibo ac potu supra consuetudinem expleti, quid hostis infra strueret minime sentiebant. At Persae paulatim in urbem per cuniculum illapsi, süggressique ad turrim, obrutos somno Monachos cum offendissent, ad unum omnes mactarunt. Tali suorum successu cognito Cabades scalas muro proxime turrim applicat. Vicinae turris custodibus lux fraudem aperuit. Nec mora: accurrere illi, subireque auxilio. Pertinacissime pugnatum est, cum utrique sese invicem truderent. Iam quidem prae-

ἀναβεβηκότων πολλοὺς ἔκτεινον καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων ἀνέστελλον, καὶ τοῦ ἀπεῶσθαι τὸν κίνδυνον οὐ μακρὰν που ἐγένοντο. ἀλλὰ Καβάδης αὐτὸς τὸν ἀκινάκην σπασάμενος καὶ αὐτῷ ἀεὶ δεδισσόμενος ἐς τὰς κλίμακας ὁρμῶν οὐκ ἀνίει τοὺς Πέρσας, θάνατός τε ἦν ἡ ζημία τοῖς ἐνθένδε ἀναστρέφειν τολμῶσι. διὸ δὴ
B πλήθει πολλῷ οἱ Πέρσαι καθυπέρτεροι τῶν ἐναντίων γενόμενοι ἐνίκησάν τε αὐτοὺς τῇ μάχῃ καὶ κατὰ κράτος ἡ πόλις ἥλω ὀγδοηκοστῇ ἀπὸ τῆς πολιορκίας ἡμέρᾳ. φόνος τε Ἀμιδηνῶν πολὺς ἐγεγόνει, ἕως ἐσελαύνοντι ἐς τὴν πόλιν Καβάδῃ τῶν τις Ἀμιδηνῶν γέρων τε καὶ ἱερεὺς προσελθὼν εἶπεν ὡς οὐ βασιλικὸν τὸ φονεύειν τοὺς ἡλωκότας εἴη. Καβάδης μὲν οὖν θυμῷ ἔτι ἐχόμενος ἀπεκρίνατο, διὰ τί γάρ με πολεμεῖν ἔγνωτε; ὁ δὲ ὑπολαβὼν αὐ-
C τίκα ἔφη ὅτι δὴ θεὸς οὐχ ἡμετέρᾳ γνώμῃ, ἀλλὰ σῇ ἀρετῇ παραδιδόναι σοι Ἄμιδαν ἤθελε. τούτῳ τῷ λόγῳ Καβάδης ἡσθεὶς κτείνειν οὐδένα τὸ λοιπὸν εἴασεν, ἀλλὰ τά τε χρήματα ληΐζεσθαι Πέρσας ἐκέλευε καὶ τοὺς περιόντας ἐν ἀνδραπόδων ποιεῖσθαι λόγῳ, καὶ αὐτῷ ἐξελέσθαι ἅπαντας αὐτῶν τοὺς δοκίμους ἐπέστελλεν.

Ὀλίγῳ τε ὕστερον χιλίους ἐπὶ τῇ φυλακῇ ἐνταῦθα λιπών, ἄρχοντά τε αὐτοῖς ἐπιστήσας Γλώνην ἄνδρα Πέρσην καὶ τῶν Ἀμιδηνῶν ἀνθρώπους τινὰς ὀλίγους οἰκτροὺς, οἳ δὴ ἐς τὴν δίαιταν
D ὑπηρετήσειν Πέρσαις ἔμελλον, αὐτὸς παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ καὶ τοὺς ἑαλωκότας ἔχων ἐπ' οἴκου ἀπήλαυνεν. ἐς τούτους δὲ τοὺς

16. ἐκέλευε A. ἐκέλευσε P.

valentes Amideni, eorum, qui ascenderant, occiderant multos, alios deturbabant e scalis, ita ut summum discrimen amoliti tantum non fuerint. Sed strictum Cabades acinacem Persis intentans, ad scalas compellere nunquam intermittebat: unde si qui pedem referrent, praesenti nece poenas luebant. Obrutis tandem maiori Persarum numero hostibus, vi capta urbs est octogesimo obsidionis die, atque ingens oppidanorum strages edita; donec sacerdos quidam senex ad Cabadem, cum in urbem ingrederetur, progressus, admonuit regium non esse facinus bello captos interficere. Cui Cabades iracundia adhuc ardens, *Nam quid vos*, ait, *impulit ut mihi hostiliter obsisteretis?* Mox ille: *Quoniam tua tibi virtute, non voluntate nostra Deus Amidam tradere voluit.* Adeo gratum Cabadi responsum hoc accidit, ut illico iusserit caedibus temperari, satis habens direptioni urbem relinquere ac residuos cives Persis addicere in servitutem, selectis sibi nonnullis, qui inter eos eminebant.

Paulo post Cabades imposito urbi praesidio virorum mille, cum Glonem Persam praefecisset, ac iussisset manere miscellos aliquot Amidenos, qui ministeria circa victum obirent, domum repetiit cum exercitu reliquo et captivis, quibus regiam sane exhibuit humanitatem. Nam brevi

αἰχμαλώτους Καβάδης φιλανθρωπίᾳ ἐχρήσατο βασιλεῖ πρεπούσῃ· χρόνου γὰρ ὀλίγου ἐς τὰ οἰκεῖα ξύμπαντας ἀφῆκεν ἰέναι. τῷ δὲ λόγῳ ἀπέδρασαν αὐτὸν, ὅτι Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἔργα ἐς αὐτοὺς ἐπεδείξατο ἀρετῆς ἄξια· φόρους τε γὰρ τοὺς ἐπετείους ἐς ἔτη ἑπτὰ ξύμπαντας ἀφῆκε τῇ πόλει καὶ αὐτοὺς κοινῇ τε καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον πολλοῖς τισιν ἀγαθοῖς ἐδωρήσατο, ὥστε αὐτοῖς λήθην τῶν ξυμβεβηκότων πολλὴν γενέσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ ἐγένετο.

η'. Τότε δὲ βασιλεὺς Ἀναστάσιος πολιορκεῖσθαι μαθὼν P 23
Ἄμιδαν, στράτευμα κατὰ τάχος διαρκὲς ἔπεμψεν. ἄρχοντες δὲ ἦσαν
μὲν κατὰ συμμορίαν ἑκάστων, στρατηγοὶ δὲ ἅπασιν ἐφειστήκεσαν
τέσσαρες, Ἀρεόβινδός τε Ὀλυβρίου κηδεστὴς, τοῦ τῆς ἐν ἑσπε-
ρίᾳ βεβασιλευκότος ὀλίγῳ πρότερον, τῆς ἑῴας δὲ τότε στρατηγὸς
ἐτύγχανεν ὤν· καὶ τῶν ἐν παλατίῳ ταγμάτων ἀρχηγὸς Κέλερ
(μάγιστρον Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν καλεῖν νενομίκασιν)· ἔτι μὴν καὶ
οἱ τῶν ἐν Βυζαντίῳ στρατιωτῶν ἄρχοντες Πατρίκιός τε ὁ Φρὺξ
καὶ Ὑπάτιος ὁ βασιλέως ἀδελφιδοῦς· οὗτοι μὲν τέσσαρες στρα- B
τηγοὶ ἦσαν. ξυνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Ἰουστῖνος, ὃς δὴ ὕστερον
Ἀναστασίου τελευτήσαντος ἐβασίλευσε, καὶ Πατρικιόλος ξὺν Βι- V 238
ταλιανῷ τῷ παιδὶ, ὃς δὴ ὅπλα ἀντάρας Ἀναστασίῳ τῷ βασιλεῖ
οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτυράννησε, καὶ Φαρεσμάνης Κόλχος μὲν γέ-
νος, διαφερόντως δὲ ἀγαθὸς τὰ πολέμια, καὶ Γοδίδισκλός τε καὶ
Σβέσας, Γότθοι ἄνδρες, Γότθων τῶν οὐκ ἐπισπομένων Θευδε-

4. τε add. A. 19. Βιταλιανῷ] Βιταλλιανῷ L. 22. γοδίδισκλος A. Γοδίδισκλος P. 23. Σβέσας] Βέσσας Maltretus.

postea ad suos cuique lares remigrandi copiam fecit. Nec reditum hi punctum temporis distulere; quando Anastasius Imperator dignam et ipse excellenti animo munificentiam iis praestitit. Siquidem civitati ad septennium solidum vectigalia remisit, ac multa cum publice tum privatim dilargitus, magna congiariorum vi altam praeteritae calamitatis oblivionem induxit. Verum haec ad posterius tempus pertinent.

8. Statim autem ut Amidam circumsessam audiit Anastasius, exercitum eo misit, iustum illum quidem, sed Ducibus tot divisum, ut singulos singuli pene manipuli haberent. Quatuor erant belli Imperatores; Areobindus, Olybrii, qui imperium Occidentis paucis ante annis tenuerat, gener ac tum temporis Magister militum per Orientem: Celer Ordinum Palatinorum dux (Magistrum Romani dicunt) ac magistri militum in praesenti, nimirum Patricius Phryx atque Hypatius Augusti ex sorore nepos. His quatuor credita belli summa: quibus se Iustinus adiunxerat, is qui postea defuncto Anastasio ad Imperii clavum successit: Patriciolus item cum Vitaliano filio, qui brevi post intervallo rebellans, in Anastasium tyrannidem affectavit: et Pharesmanas natione Colchus, strenuus bello vir in paucis: et Godidiclus et Sbesas genere Gotthi; ex eorum

ῥίχῳ ἐς Ἰταλίαν ἐκ Θρᾴκης ἰόντι, γενναίω τε ὑπερφυῶς ἄμφω καὶ
C τῶν κατὰ τὸν πόλεμον πραγμάτων ἐμπείρω, ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ ἄριστοι εἵποντο. στράτευμα γὰρ τοιοῦτό φασιν οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον ἐπὶ Πέρσας Ῥωμαίους ξυστῆναι. οὗτοι μέντοι ἅπαντες οὐκ ἐς ταὐτὸ ἀγηγερμένοι οὐδὲ στράτευμα ἓν ποιησάμενοι ᾖεσαν, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος τοῖς κατ' αὐτὸν στρατιώταις ἐξηγεῖτο ἐπὶ τοὺς πολεμίους. χορηγὸς δὲ τῆς τοῦ στρατοπέδου δαπάνης Ἀππίων Αἰγύπτιος ἐστάλη, ἀνὴρ ἐν πατρικίοις ἐπιφανής τε καὶ
H 12 δραστήριος ἐς τὰ μάλιστα, καὶ αὐτὸν βασιλεὺς κοινωνὸν βασιλείας ἐν γράμμασιν ἀνεῖπεν, ὅπως οἱ ἐξουσία εἴη τὰ ἐς τὴν δαπάνην ᾗ βούλοιτο διοικήσασθαι.

D Ὁ μὲν οὖν στρατὸς οὗτος χρόνῳ τε ξυνελέγετο καὶ σχολαίτεροι ἐπορεύοντο. διὸ δὴ τοὺς βαρβάρους ἐν γῇ τῇ Ῥωμαίων οὐχ εὗρον, ἐπεὶ ἐξ ἐπιδρομῆς οἱ Πέρσαι τὴν ἔφοδον ποιησάμενοι αὐτίκα δὴ ἐς τὰ πάτρια ἤδη ἀνεχώρησαν ξὺν πάσῃ τῇ λείᾳ. τῶν δὲ στρατηγῶν οὐδεὶς ἐς πολιορκίαν τῶν ἐν Ἀμίδῃ ἀπολελειμμένων ἐν τῷ παρόντι καθίστασθαι ἤθελε· πολλὰ γὰρ ἐσκομίσασθαι σφᾶς τὰ ἐπιτήδεια ἔμαθον, ἀλλ' ἐς τῶν πολεμίων τὴν χώραν
P 24 ἐσβολὴν ποιήσασθαι ἐν σπουδῇ εἶχον. οὐ μὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους κοινῇ ᾖεσαν, ἀλλὰ χωρὶς ἀλλήλων στρατοπεδευόμενοι ἐπορεύοντο. ταῦτα Καβάδης μαθὼν (ἄγχιστα γάρ που ἐτύγχανεν ὢν) ἐς τὰ Ῥωμαίων ὅρια κατὰ τάχος ἐλθὼν ὑπηντίαζεν. οὔπω μέντοι Ῥωμαῖοι τῷ παντὶ στρατῷ Καβάδην ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς

3. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

numero qui Theodoricum in Italiam e Thracia profectum secuti non erant, generosissimi ambo ac bello experti; aliique fortissimi viri complures. Is enim fuit exercitus, quo nec superiori memoria, nec post unquam florentiorem in Persas a Romanis conflatum ullum fuisse fama est. Sed disperse iter hi faciebant, neque in unum erant corpus coacti; cum suos quisque seorsum milites ductaret. Aerario castrensi praeerat Appion Aegyptius, Patricii ordinis lumen, animo vir maxime impigro, quem etiam Anastasius publicis literis consortem Imperii renuntiaverat, quo staret ipsi authoritas sumptus pro arbitrio dispensandi.

Hae porro copiae cum et otiosius fuissent collectae, et lentius procederent, haud offenderunt Barbaros in solo ditionis Romanae. Facta enim irruptione celerrimo impetu, continuo cum omni praeda sese receperant. Nec Ducum Romanorum quisquam adduci tum potuit, ut praesidium Amidae relictum, quod instructissimum esse acceperant, obsideret, versis omnium studiis ad agros hostium incursandos. Non petebant coniuncte Barbaros, at separate et castra et iter habebant. Quod ubi Cabades didicit (neque enim longe aberat) Romanos denuo fines mira pernicitate ingressus, occurrit de improviso. Neque dum Cabadem ipsum cum universo exercitu obvium se inferre nostri audierant; sed copiolam

ἔμαθον, ἀλλὰ Περσῶν ᾤοντο στράτευμα βραχύ τι ἐνταῦθα εἶναι. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ Ἀρεόβινδον ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν χωρίῳ Ἀρζαμένων, ἀπέχοντι Κωνσταντίνης πόλεως δυοῖν ἡμέραιν ὁδόν· οἱ δὲ ἀμφὶ Πατρίκιον καὶ Ὑπάτιον ἐν χωρίῳ Σίφριος, ὅπερ Ἀμίδης πόλεως οὐχ ἧσσον ἢ πεντήκοντα καὶ τριακοσίους σταδίους ἀπέχει. Κέλερ γὰρ οὔπω ἐνταῦθα ἀφῖκτο.

Ἀρεόβινδος δὲ ἐπειδὴ Καβάδην παντὶ τῷ στρατῷ ἐπιέναι B σφίσιν ἐπύθετο, ἀπολιπὼν τὸ στρατόπεδον ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἅπασιν ἐς φυγὴν ὥρμητο καὶ ἐς Κωνσταντίναν δρόμῳ ἐχώρει. ἐπελθόντες δὲ ὀλίγῳ ὕστερον οἱ πολέμιοι ἔρημον ἀνδρῶν αὐτοῖς χρήμασι τὸ στρατόπεδον εἷλον. ἐνθένδε κατὰ τάχος ἐπὶ Ῥωμαίων τὸ ἄλλο στράτευμα ᾔεσαν. οἱ δὲ ἀμφὶ Πατρίκιον καὶ Ὑπάτιον Ἐφθαλίταις ἐντυχόντες ὀκτακοσίοις, οἳ τοῦ Περσῶν στρατοῦ ἔμπροσθεν ᾔεσαν, σχεδόν τι ἅπαντας ἔκτειναν. οὐδὲν δὲ ἀμφὶ τῷ Καβάδῃ καὶ τῇ Περσῶν στρατιᾷ πεπυσμένοι, ἅτε νενικηκότες, ἀδεέστερον τῇ διαίτῃ ἐχρῶντο. τὰ γοῦν ὅπλα καταθέμενοι ἄριστον σφίσιν ἡτοίμαζον. ἤδη γὰρ τῆς ἡμέρας ὁ καιρὸς ἐνταῦθα C ἦγε. ῥύαξ δέ τις ἔρρει ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, ἵνα Ῥωμαῖοι τὰ κρέα καθαίρειν ἤρξαντο, οἷς δὴ σιτίζεσθαι ἤμελλον. τινὲς δὲ ἀχθόμενοι τῷ πνίγει καὶ λούεσθαι ἠξίουν. ταύτῃ ταραχθὲν τὸ τοῦ ῥύακος ὕδωρ πρόσω ἐχώρει. Καβάδης τε τὰ ἐς τοὺς Ἐφθαλίτας ξυμπεσόντα μαθὼν ἐπὶ τοὺς πολεμίους κατὰ τάχος ᾔει. κατιδών τε συγκεχυμένον τὸ τοῖ ῥύακος ὕδωρ καὶ ξυμβαλὼν τὸ ποιούμενον, ἔγνω ἀπαρασκεύους τοὺς ἐναντίους εἶναι, καὶ κατὰ

Persarum aliquam venire arbitrabantur. Metatus erat Areobindus in agro Arzamenorum, unde Constantinam usque iter est bidui; Patricius atque Hypatius ad castellum Siphrin Amida procul stadiis non minus CCCL. Celer nondum advenerat.

Ubi vero peti se a Cabade Areobindus, iamque cum omnibus copiis imminere audivit; desertis castris, Constantinam fuga praecipiti cum suis se recipit. Adfuere subinde hostes, et cum vacua militibus castra diripuissent, e vestigio iter ad alteram exercitus Romani partem intenderunt. Antecedebant Persas Ephthalitae DCCC. in quos forte cum Patricius atque Hypatius incidissent, eos ad unum fere conciderunt: nihil dum tamen de Cabade, nihil de exercitu Persico cognoverant. Quocirca solutis animis, ut iam victores, curabant corpora, armisque positis, sibi prandium parabant, appetente iam eius hora. Perfluebat illac rivus: in eo carnes, quas pransuri erant, purgabant: quidam etiam nudi aestum levabant lavando: quo fieri necesse erat ut turbida inde aqua decurreret. Cabades autem perlato cladis Ephthalitarum nuntio commotus, gradum addit: rivi demum inquinatam aquam conspicatus, et coniiciens id quod

κράτος ἤδη ἐπ' αὐτοὺς ἐλαύνειν ἐκέλευεν, αὐτίκα τε αὐτοῖς ἑστιωμένοις τε καὶ ἀνόπλοις οὖσιν ἐπέστησαν. Ῥωμαῖοι δὲ οὐχ D ὑπενεγκόντες τὴν ἔφοδον ἐς ἀλκὴν μὲν τὸ παράπαν οὐκ ἔβλεπον, ἔφευγον δὲ ὡς ἕκαστός ποι ἐδύνατο, καὶ αὐτῶν οἱ μὲν καταλαμβανόμενοι ἔθνησκον, οἱ δὲ ἀνιόντες ἐς τὸ ὄρος, ὃ ταύτῃ ἀνέχει, ἔρριπτον αὐτοὺς κατὰ τὸ κρημνῶδες ξὺν φόβῳ καὶ θορύβῳ πολλῷ. ὅθεν δὴ οὐδένα σεσῶσθαί φασι, Πατρίκιος δὲ καὶ V 239 Ὑπάτιος κατ' ἀρχὰς τῆς ἐφόδου διαφυγεῖν ἴσχυσαν. ἔπειτα δὲ Καβάδης, Οὔννων πολεμίων ἐς γῆν τὴν αὐτοῦ ἐσβεβληκότων, παντὶ τῷ στρατῷ ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησε, πόλεμόν τε μακρὸν πρὸς τὸ ἔθνος τοῦτο ἐς τῆς χώρας τὰ πρὸς ἄρκτον διέφερεν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα Ῥωμαίων ἦλθε, λόγου μέντοι ἄξιον P 25 οὐδὲν ἔδρασαν, ὅτι δὴ αὐτοκράτωρ τοῦ πολέμου κατέστη οὐδείς, ἀλλ' ἴσοι πρὸς ἀλλήλους οἱ στρατηγοὶ ὄντες ἀντεστάτουν τε ἀλλήλων ταῖς γνώμαις καὶ γίνεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ οὐδαμῇ ἤθελον. Κέλερ δὲ ξὺν τοῖς ἑπομένοις Νυμφίον ποταμὸν διαβὰς ἐσβολήν τινα ἐς τὴν Ἀρζανηνὴν ἐποιήσατο. ἔστι δὲ ὁ ποταμὸς οὗτος Μαρτυροπόλεως μὲν ἀγχοτάτω, Ἀμίδης δὲ ὅσον ἀπὸ σταδίων τριακοσίων. οἳ δὴ λῃσάμενοι τὰ ἐκείνῃ χωρία ἐπανῆλθον οὐ πολλῷ ὕστερον, δι' ὀλίγου τε ἡ ἐπιδρομὴ αὕτη ἐγένετο.

B θ'. Μετὰ δὲ Ἀρεόβινδος μὲν ἐς Βυζάντιον ὡς βασιλέα μετάπεμπτος ἤει, οἱ δὲ λοιποὶ ἐς Ἄμιδαν ἀφικόμενοι χειμῶνος

5. ὃ] ὦ A. 11. τῆς χώρας τὰ A. τὰς χώρας τὰς P. 12. μέντοι L. μέν τι P. 16. *Νυμφίον*] *Νυμφιον* P. Illud de Aedif. p. 54 c. *Nymphaeus* apud Ammian. Marcell. XVIII, 9. ubi vide Vales. *Νύμφιον* castellum de Aedif. p. 75 d. 17. „Ἀρζανηνὴν Reg.“ Malt. Ἀρσανηνὴν P.

erat, imparatos nempe Romanos esse, in eos omni impetu citatis equis incurri iubet, supervenit epulantibus, et inermes invadit. Impressionem haud ferentes Romani, non pugnam, sed fugam quisque pro virili capessere; capi caedique alii; alii vicinum in montem evadere tentando, cum ingenti tumultu ac trepidatione per abrupta rupium ruere; ita ut elapsus nemo sit, Patricio Hypatioque exceptis, quibus licuit primo statim adventu hostium se proripere. Deinde Cabades, ubi Hunnos hostes suos audiit irrupisse in Persidem, exercitum universum reduxit, et cum ea gente bellum diutinum gessit ad Septentrionem. Advenere interea reliquae Rom. copiae: nihil tamen, quod operae pretium fuerit, patratum est; propterea quod bello non unus erat Imperator praepositus, at Duces inter se aequales, et ea re non in varia modo consilia, verum etiam castra distracti. Celer Nymphium amnem, qui proxime Martyropolin fluit, distatque Amida trecentis stadiis, transmisit cum suis, et in Arzanenen ingressus, brevi excursu regione vastata, confestim rediit.

9. Accitu postea Augusti Byzantium revocato Areobindo, caeteri Duces translatis Amidam castris, eam hyeme circumsederunt, ac saepe

ὥρᾳ ἐς πολιορκίαν καθίσταντο. καὶ βίᾳ μὲν ἑλεῖν τὸ χωρίον, καίπερ πολλὰ ἐγκεχειρηκότες, οὐκ ἴσχυσαν, λιμῷ δὲ τοῦτο ποιεῖν ἔμελλον· πάντα γὰρ τοὺς πολιορκουμένους τὰ ἐπιτήδεια ἐπιλελοίπει. ἀλλ' οἱ στρατηγοὶ οὐδὲν πεπυσμένοι ἀμφὶ τῶν πολεμίων τῇ ἀπορίᾳ, ἐπειδὴ τοὺς στρατιώτας τῇ τε προσεδρείᾳ καὶ τῷ χει- H 18
μῶνι ἀχθομένους ἑώρων, ἅμα δὲ καὶ Περσῶν στράτευμα ἐπὶ σφᾶς ἥξειν οὐκ ἐς μακρὰν ὑπετόπαζον, τρόπῳ ὅτῳ δὴ ἐνθένδε ἀπαλλάσσεσθαι ἐν σπουδῇ εἶχον. οἵ τε Πέρσαι, οὐκ ἔχοντες τίνες C
ἂν ἐν τοῖσδε τοῖς δεινοῖς γένοιντο, τὴν μὲν ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων ἐς τὸ ἀκριβὲς ἔκρυπτον, δόκησιν παρέχοντες ὡς πάντων σφίσι τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονία εἴη, ἐς δὲ τὰ οἰκεῖα ξὺν τῷ εὐπρεπεῖ λόγῳ ἀναχωρεῖν ἤθελον. γίνονται οὖν ἐν ἀμφοτέροις λόγοι, ἐφ' ᾧ δὴ Πέρσαι λίτρας χρυσίου χιλίας λαβόντες ἀποδώσουσι Ῥωμαίοις τὴν πόλιν· ἑκάτεροί τε ἄσμενοι τὰ ξυγκείμενα ἐπιτελῆ ἐποίουν, τά τε χρήματα λαβὼν ὁ τοῦ Γλώνου υἱὸς Ἄμιδαν Ῥωμαίοις παρέδωκε. Γλώνης γὰρ ἤδη ἐτετελευτήκει τρόπῳ τοιῷδε.

Οὕτω μὲν ἐνστρατοπεδευσαμένων ἐνταῦθα Ῥωμαίων, Ἀμί- D
δης δὲ πόλεως ὄντων οὐ μακρὰν ἄποθεν, τῶν τις ἀγροίκων, ὥσπερ εἰώθει, ἐς τὴν πόλιν εἰσιὼν λάθρα ὄρνις τε καὶ ἄρτους καὶ τῶν ὡραίων πολλὰ τῷ Γλώνῃ τούτῳ ἀποδίδοσθαι χρημάτων μεγάλων, Πατρικίῳ τε τῷ στρατηγῷ ἐς ὄψιν ἐλθών, Γλώνην οἱ ἐς χεῖρας παραδώσειν ξὺν Πέρσαις διακοσίοις ὑπίσχετο, ἤν τινος ἀμοιβῆς

4. πεπυσμένοι Hm. πεπεισμένοι P. 6. ἑώρων] ἑώρουν P. 7. ὅτῳ A. οὕτω P. 11. ἐς δὲ A. εἰς δὲ P. 14. ἑκάτεροί τε A. ἑκάτεροι δὲ P.

quidem tentarunt vi expugnare; sed frustra. Propius factum nihil est quam ut fame rem ex sententia perficerent: iam enim cibaria obsessos defecerant. At Duces quo inopiae redactus hostis esset ignari, quoniam milites suos obsidionis hyemisque incommoda iniquissimis ferre animis videbant, sibique etiam persuadebant propediem affore Persarum exercitum; ideo sese illinc expedire quoquo modo quaerebant. Vicissim Persae omni auxilii spe abscissa, annonae quidem penuriam obscure ferebant, speciem atque opinionem praebentes abundantium rebus omnibus; eo vero spectabant ut reditum in patriam cum honesta aliqua conditione obtinerent. Convenit tandem ut Persae auri pondo mille acceptis urbem Romanis traderent: quod utrinque praestitum est lubenter. Pernumerata pecunia Romani Amidam receperunt a Glonis filio: nam Glones iam fato cesserat; quod ita accidit.

Cum haud procul Amida Romani stativa haberent, quidam rusticus, qui illis inscientibus in urbem itabat, optime Gloni vendere solitus aves, panes, variaque pomorum genera, Patricium Ducem convenit, recepitque se ipsi in manus Glonem cum Persis ducentis traditurum, si qua modo

ἐλπίδα λαβὼν παρ' αὐτοῦ εἴη. ὁ δὲ αὐτῷ ἅπαντα ὅσα ἦν βουλομένῳ ὑποσχόμενος ἔσεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀπεπέμψατο. καὶ ὃς τά τε ἱμάτια δεινῶς διαρρήξας καὶ δεδακρυμένῳ ἐοικὼς ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθε. παρά τε τὸν Γλώνην ἥκων τάς τε τρίχας τίλλων,
P 26 „Ἐτύγχανον μέν, ὦ δέσποτα," εἶπεν „ἅπαντά σοι ἐκ τοῦ χωρίου τἀγαθὰ φέρων, ἐντυχόντες δὲ στρατιῶται Ῥωμαῖοι (καὶ γάρ που ἐς τὰ ταύτῃ χωρία κατ' ὀλίγους περιιόντες τοὺς οἰκτροὺς ἀγροίκους βιάζονται) πληγάς τέ μοι οὐ φορητὰς προσετρίψαντο καὶ πάντα ἀφελόμενοι οἱ λῃσταὶ ᾤχοντο, οἷς δὴ ἐκ παλαιοῦ τοὺς Πέρσας τε δεδιέναι καὶ τοὺς γεωργοὺς βιάζεσθαι νόμος. ἀλλ' ὅπως, ὦ δέσποτα, σαυτῷ τε καὶ ἡμῖν καὶ Πέρσαις ἀμύνῃς. ἢν γὰρ ἐς τῆς πόλεως τὰ προάστεια κυνηγετήσων ἴῃς, θήραμά σοι οὐ φαῦλον ἔσται. κατὰ πέντε γὰρ ἢ τέτταρας οἱ κατάρατοι περιιόντες λωποδυτοῦσιν." ὁ μὲν ταῦτα εἶπεν. ἀναπεισθεὶς δὲ ὁ
B Γλώνης τοῦ ἀνθρώπου ἀνεπυνθάνετο πόσους ποτὲ Πέρσας οἴε-
V 240 ται οἱ ἐς τὴν πρᾶξιν ἱκανοὺς ἔσεσθαι. ὁ δὲ πεντήκοντα μὲν ἀπο-

4. ἐσῆλθε A. εἰσῆλθε P. 6. Libri, ἐντυχόντες δὲ τοὺς οἰκτροὺς ἀγροίκους βιάζονται, πληγάς τέ μοι οὐ φορητὰς προσετρίψαντο καὶ πάντα ἀφελόμενοι οἱ λῃσταὶ ᾤχοντο, οἷς δὴ ἐκ παλαιοῦ στρατιῶται ῥωμαῖοι. καὶ γάρ που ἐς ταύτῃ χωρία κατ' ὀλίγους περιιόντας τοὺς πέρσας τε δεδιέναι καὶ τοὺς γεωργοὺς βιάζεσθαι νόμος. Quae Maltretus ex coniectura mutavit, ἐντυχόντες δὲ πληγάς τέ μοι οὐ φορητὰς προσετρίψαντο καὶ πάντα ἀφελόμενοι οἱ λῃσταὶ ᾤχοντο, ὡς δὴ („ἴσ. ὡς δὴ" Hm.) ἐκ παλαιοῦ στρατιῶται Ῥωμαῖοι τοὺς οἰκτροὺς ἀγροίκους βιάζονται. καὶ γάρ που ἐς ταύτῃ χωρία κατ' ὀλίγους περιιόντας τοὺς Πέρσας τε δεδιέναι καὶ τοὺς γεωργοὺς βιάζεσθαι νόμος. RV haec sic est interpretatus, *Plurima tibi bona, inquit, mi domine, ex agro adferebam, in vicinos milites incidens (nam palantes per agros excurrunt) plagis intolerandis sum ab eis petitus. Insuper his quae ferebam omnibus spoliatus, uti praedones solent, quos ex antiqua lege et Persae timent et rustici vim ex eis patiuntur.* Cuius vestigia secutus locum correxi.

fieret sibi mercedis spes. Ille nihil non prolixe pollicitus, hominem remisit: qui sibi ipse laceratis indignum in modum vestibus ac ploranti similis urbem ingressus, ad Glonem adiit; tum coram capillos vellicans, *E vico*, inquit, *afferebam huc*, *Domine*, *quidquid rei cibariae habebam: incidi in latrones, milites dico Romanos: hanc enim artem iamdiu factitant, in miseros rusticos involando. Mihi vero plagas imposuere intolerabiles, et omnibus, quae portabam, ereptis aufugerunt. Sic nempe manipulatim divisi, circumiectos urbi agros obire, et vim, quam in Persas non audent suscipere, in agrestes convertere solent. Tibi autem facile et promptum est, Domine, non modo nos, sed te etiam ac Persas ulcisci. Tantummodo in suburbanum agrum exi ad venationem: ea tibi non male cedet. Siquidem scelesti illi non plures quam quaterni simul vel quini per campos volitant et latrocinia exercent.* Haec ille: quibus fidem adhibens Glones, rogat, quot tandem Persis ad rem exequendam sit

χρήσειν οἱ μάλιστα ἔφη· οὐ γὰρ ἂν αὐτῷ πλείοσί ποτε ἢ κατὰ πέντε ὁδῷ ἰοῦσιν ἐντύχοιεν, τοῦ δὲ μηδὲν ἀπροσδόκητον σφίσι ξυμβῆναι οὐδέν τι χεῖρον καὶ ἑκατὸν ἐς τὸ ἔργον ἀπαγαγέσθαι· ἢν δὲ καὶ τούτων διπλασίους, τῷ παντὶ ἄμεινον. βλάβος γὰρ ἀνθρώπῳ ἐκ τοῦ περιόντος οὐκ ἂν γένοιτο. Γλώνης μὲν οὖν ἱππέας διακοσίους ἀπολεξάμενος τὸν ἄνθρωπον σφίσιν ἐξηγεῖσθαι ἐκέλευεν. ὁ δὲ ἄμεινον ἰσχυρίζετο εἶναι αὐτὸν ἐπὶ κατασκοπῇ στέλλεσθαι πρότερον, καὶ ἢν ἔτι ἐν χωρίοις τοῖς αὐτοῖς περιιόντας Ῥωμαίους ἰδὼν ἀπαγγείλῃ, οὕτω δὴ ἐν δέοντι ποιεῖσθαι τὴν C ἔξοδον Πέρσας. εὖ τε οὖν εἰπεῖν ἔδοξε τῷ Γλώνῃ καὶ αὐτοῦ ἀφιέντος ἐστέλλετο. παρά τε τὸν στρατηγὸν Πατρίκιον ἥκων ἅπαντα ἔφραζε· καὶ ὃς τῶν δορυφόρων αὐτοῦ δύο καὶ στρατιώτας χιλίους ἀπολεξάμενος ξὺν αὐτῷ ἔπεμψεν. οὓς δὴ ἀμφὶ κώμην Θιαλασσαμὼν σταδίους τεσσαράκοντα Ἀμίδης διέχουσαν ἐν νάπαις τε καὶ χωρίοις ὑλώδεσιν ἔκρυψε, καὶ αὐτοῦ μένειν ἐν ταύταις δὴ ταῖς ἐνέδραις ἐπέστελλεν, ἔς τε τὴν πόλιν δρόμῳ ἐχώρει. καὶ τῷ Γλώνῃ ἕτοιμον εἰπὼν τὸ θήραμα εἶναι, αὐτῷ τε καὶ τοῖς διακοσίοις ἐξηγήσατο ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων ἐνέδραν. ἐπειδή τε διέβησαν τὸν χῶρον, οὗπερ ἐλλοχίζοντες Ῥωμαῖοι ἐκά- D θηντο, καὶ αὐτῶν πρόσω ἐγένοντο, Γλώνην τε καὶ Πέρσας λαθὼν ἅπαντας, ἔκ τε τῆς ἐνέδρας τοὺς Ῥωμαίους ἀνέστησε καὶ αὐτοῖς τοὺς πολεμίους ἀνέδειξεν. οὕσπερ ἐπειδὴ ἐπὶ σφᾶς ἰόντας κατεῖδον Πέρσαι, κατεπλάγησάν τε τῷ ἀπροσδοκήτῳ καὶ ἀμη-

9. οὕτω] οὕτως L. 14. Θιαλασσαμὼν] θίαλα ἀσαμὼν Hm. *Thalisamum* RV. *ibid.* τεσσαράκοντα L. μ' P.

opus? Is quinquaginta omnino sufficere, cum grassantes coniuncte ad summum quinos offendisset: ne quid tamen praeter opinionem incideret, haud abs re futurum ait, si centum educerentur: quin si turma altero tanto maior foret, providentius factum iri, nec fraudi noxaeve esse posse cumulati subsidii vim. Igitur cc. legit equites Glones et rusticum praeire iubet. Hic ille satius esse affirmat se prius exploratum ire, ac si quos iisdem, quibus ante, in locis vagari Romanos deprehenderit, venire protinus renuntiatum: ita demum Persas opportunissime erupturos. Data ab assentiente his Glone exeundi venia, se recta contulit ad Patricium, remque illi totam edidit. Milites Patricius mille delegit, iis praeficit corporis sui custodes duos et cum rustico proficisci iubet. Eos proditor circa vicum Thialassamum, xl. dissitum ab urbe Amida stadiis, in saltibus occuluit, monuitque ut ibi caute se continerent. Tum urbem cursu contento repetit; Gloni paratam iam praedam nuntiat; eundem cum praesidiariis cc. ad locum deducit, quem Romani insederant. Eo transito, nihil Glone, nihil Persis persentiscentibus, Romanos excitat ex insidiis, atque ipsis hostem commonstrat. Mox illi infesti ruere. Adeo improviso casu attoniti Persae, quo se verterent nesciebant. Nam ne-

χανίᾳ πολλῇ εἴχοντο. οὔτε γὰρ ὀπίσω ἀπελαύνειν οἷοί τε ἦσαν, κατὰ νώτων ὄντων σφίσι τῶν ἐναντίων, οὔτε πῃ ἑτέρωσε φεύγειν ἐν γῇ πολεμίᾳ ἐδύναντο. ἐκ δὲ τῶν παρόντων ὡς ἐς μάχην ταξάμενοι τοὺς ἐπιόντας ἠμύνοντο, τῷ τε πλήθει παρὰ πολὺ ἐλασσούμενοι ἡττήθησάν τε καὶ ξὺν τῷ Γλώνῃ ἅπαντες διεφθάρησαν. ὅπερ ἐπειδὴ ὁ τοῦ Γλώνου υἱὸς ἔμαθε, περιαλγήσας τε καὶ τῷ θυμῷ ζέων, ὅτι δὴ τῷ πατρὶ ἀμύνειν οὐκ εἶχε, τὸν Συμεῶνος
P 27 νεὼν ἔκαυσεν ἁγίου ἀνδρός, ἵνα δὴ Γλώνης κατέλυε. καίτοι ἄλ-
H 14 λην τινὰ οἰκοδομίαν οὔτε Γλώνης οὔτε Καβάδης, οὐ μὴν οὐδὲ Περσῶν τις ἄλλος, οὔτε καθελεῖν ἔγνω οὔτε τῳ ἄλλῳ ἀφανίζειν τρόπῳ ἔν γε Ἀμίδῃ ἢ ταύτης ἐκτός. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ἐπάνειμι.

Οὕτω μὲν Ἄμιδαν Ῥωμαῖοι τὰ χρήματα δόντες ἀπέλαβον δύο ἐνιαυτοῖς ὕστερον ἢ πρὸς τῶν πολεμίων ἑάλω. καὶ ἐπεὶ ἐν ταύτῃ ἐγένοντο, ἥ τε αὐτῶν ὀλιγωρία καὶ Περσῶν τὸ καρτερὸν
B τῆς διαίτης ἐγνώσθη· σιτίων τε γὰρ τῶν ἐνταῦθα λελειμμένων τὸ μέτρον καὶ βαρβάρων τῶν ἐξεληλυθότων τὸν ὅμιλον λογισάμενοι ἑπτὰ μάλιστα ἡμερῶν εὕρισκον δαπάνην ἐν τῇ πόλει ἀπολελεῖφθαι, καίπερ Γλώνου τε καὶ τοῦ ἐκείνου παιδὸς ἐνδεεστέρως ἢ κατὰ τὴν χρείαν πολλοῦ χρόνου ἐνδιδόντος τὰ σιτία Πέρσαις. Ῥωμαίοις γὰρ τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥσπερ μοι προδεδήλωται, ξὺν αὐτοῖς μείνασιν οὐδὲν τὸ παράπαν χορηγεῖν ἔγνωσαν, ἐξ ὅτου οἱ πολέμιοι ἐς τὴν πολιορκίαν κατέστησαν, οἳ δὴ ἐς βρώσεις ἀήθεις

7. Συμεῶνος Hm. Συμεώνου P. Symeonis RV.

que a tergo, cum inde Romanus instaret, neque alia ex parte, cum in solo hostico essent intercepti, patebat effugium. Instructa denique ut e re nata licuit acie, impetum sustinuere, donec numero obruti, internecione occiderunt, cum ipso Glone. Cuius filius haec postquam resciit, dolore atque ira incensus, quod inultus pater occubuisset, D. Symeonis aedem, ubi Glones oppetierat, incendit, novo scelere: nam nec Glones, nec Cabades, nec Persarum omnium quisquam unus aedificium ullum qua intra qua extra muros evertere, quove modo corrumpere ad eam diem aggressus erat. Ego vero ad institutam ante narrationem me refero.

Pacto, ut dicebam, ac persoluto auro, Romani Amidam receperunt, altero post anno quam capta ab hoste fuerat. Urbem ingressi, suam socordiam, ac Persarum in difficillimo victu tolerando constantiam agnoverunt. Quippe inita relictorum cibariorum mensura, unaque numero Barbarorum, qui urbe excesserant, compertum est alimenta in dies admodum septem fuisse reliqua; cum tamen Glones eiusque filius ea parcius, quam pro necessitate, diu Persis dispensassent. Nam quod ad Romanos attinet, qui in urbe, ut ante memoravi, cum ipsis remanserant, nihil iis annonae, ex quo obsidio coepta fuerat, impertire voluerant. Hinc misceri ad insuetas primum escas compulsi, nulla non re quamvis

τὰ πρῶτα ἐλθόντες, τῶν τε οὐ θεμιτῶν ἁψάμενοι πάντων, εἶτα C τελευτῶντες καὶ ἀλλήλων ἐγεύσαντο. διὸ δὴ ἐξηπατημένοι τε πρὸς τῶν βαρβάρων οἱ στρατηγοὶ ᾔσθοντο καὶ τοῖς στρατιώταις τὴν ἀκρασίαν ὠνείδιζον, ὅτι δὴ ἀπειθεστέρους αὐτοὺς παρεχόμενοι σφίσι, παρὸν δορυαλώτους Πέρσας τε τοσούτους τὸ πλῆθος καὶ Γλώνου τὸν υἱὸν ξὺν τῇ πόλει ἑλεῖν, οἱ δὲ τὰ Ῥωμαίων χρήματα ἐς τοὺς πολεμίους μετενεγκόντες αἶσχός τε ἀνεδήσαντο μέγα καὶ Ἄμιδαν ἀργυρώνητον πρὸς Περσῶν ἔλαβον. ὕστερον δὲ Πέρσαι τοῦ πρὸς Οὔννους πολέμου σφίσι μηκυνομένου ἐς D σπονδὰς Ῥωμαίοις ξυνίασιν, αἵπερ αὐτοῖς ἐς ἑπτὰ ἔτη ἐγένοντο, Κέλερός τε τοῦ Ῥωμαίου καὶ Ἀσπεβέδου τοῦ Πέρσου αὐτὰς ποιησαμένων, ἐπ' οἴκου τε ἀναχωρήσαντες ἀμφότεροι ἡσυχῇ ἔμενον. οὕτω μὲν, ὥσπερ ἐρρήθη, ἀρξάμενος ὁ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν πόλεμος ἐς τόδε ἐτελεύτα. τὰ δὲ ἀμφὶ πύλας τὰς Κασπίας ξυνενεχθέντα ἐρῶν ἔρχομαι.

ί. Τὸ Κιλίκων ὄρος ὁ Ταῦρος ἀμείβει μὲν τὰ πρῶτα P 28 V 241 Καππαδόκας τε καὶ Ἀρμενίους καὶ τῶν Περσαρμενίων τὴν γῆν, ἔτι μέντοι Ἀλβανούς τε καὶ Ἴβηρας, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη αὐτόνομά τε καὶ Πέρσαις κατήκοα ᾤκηνται ταύτῃ. ἐξικνεῖται γὰρ ἐς χώραν πολλὴν, προϊόντι δὲ ἀεὶ τὸ ὄρος τοῦτο ἐς μέγα τι χρῆμα εὔρους τε καὶ ὕψους διήκει. ὑπερβάντι δὲ τοὺς Ἰβήρων ὅρους ἀτραπός τίς ἐστιν ἐν στενοχωρίᾳ πολλῇ, ἐπὶ σταδίους πεντήκον-

4. αὐτοὺς] αὐτοὺς P. 6. ἑλεῖν, οἱ] ἑλεῖν. οἱ P. 17. Περσαρμενίων] „Reg. addit καλουμένων." Malt. περσῶν καλουμένων Hm.

illicita manus atque ora temeraverant, coacti etiam ad extremum humana carne vesci, seque invicem vorare. Tunc tandem Duces fraude Barbarorum detecta, ingesserunt probra militibus, et effraenem animi impotentiam notarunt, quod cum sibi in manu esset ut Glonis filio totque Persis ad captivorum conditionem subactis pariter cum urbe potirentur, tum se contumaciores praebuissent. Ipsi vero data hosti Romana pecunia, ac pretio recepta Amida maculam sibi maximam inusserunt. Postea Persae, quoniam longius bellum Hunnicum ducebatur, cum Romanis pepigere inducias annorum septem, Celere Romano et Aspebede Persa sequestris: ac demum copiis utrique revocatis pacem agitarunt. Ita inchoatum, ut dixi, Romanos inter et Persas bellum resedit. Nunc ad ea venio, quae ad Portas Caspias contigerunt.

10. Taurus Ciliciae mons in Cappadociam primum excurrit: inde in Armeniam, Persarmeniam, Albaniam, Iberiam, et circumpositas qua sui qua Persici iuris ac ditionis gentes. Etenim evadit in immensum, et processu immane quantum cum in latitudinem crescit, tum in altitudinem. Ultra Iberiae fines inter summas angustias trames quidam stadiis

B τα ἐξικνουμένη. αὕτη τε ἡ ἀτραπὸς ἐς ἀπότομόν τινα καὶ ὅλως ἄβατον τελευτᾷ χῶρον. δίοδος γὰρ οὐδεμία τὸ λοιπὸν φαίνεται, πλήν γε δὴ ὅτι ὥσπερ τινὰ χειροποίητον πυλίδα ἐνταῦθα ἡ φύσις ἐξεῦρεν, ἣ Κασπία ἐκ παλαιοῦ ἐκλήθη. τὸ δὲ ἐνθένδε πεδία τέ ἐστιν ἱππήλατα καὶ ὑδάτων πολλῶν ἀτεχνῶς ἔμπλεα, καὶ χώρα πολλὴ ἱππόβοτός τε καὶ ἄλλως ὑπτία. οὗ δὴ τὰ Οὔννων ἔθνη σχεδόν τι ἅπαντα ἵδρυται ἄχρι ἐς τὴν Μαιῶτιν διήκοντα λίμνην. οὗτοι ἢν μὲν διὰ τῆς πυλίδος, ἧς ἄρτι ἐμνήσθην ἴωσιν ἐς τὰ Περσῶν καὶ Ῥωμαίων ἤθη, ἀκραιφνέσι τοῖς ἵπποις ἴασι, καὶ περιόδῳ τινὶ οὐδαμῆ χρώμενοι οὐδὲ κρημνώδεσιν ἐντυχόντες χω-
C ρίοις, ὅτι μὴ τοῖς πεντήκοντα σταδίοις ἐκείνοις, οἵπερ ἐς τοὺς Ἰβηρίους ὅρους, ὥσπερ ἐρρήθη, διήκουσιν. ἐπ' ἄλλας δέ τινας ἐξόδους ἰόντες πόνῳ τε πολλῷ παραγίνονται καὶ ἵπποις οὐκ ἔτι χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς ἔχοντες. περιόδους τε γὰρ αὐτοὺς περιέναι πολλὰς ἐπάναγκες καὶ ταύτας κρημνώδεις. ὅπερ ἐπειδὴ ὁ Φιλίππου Ἀλέξανδρος κατενόησε, πύλας τε ἐν χώρῳ ἐτεκτήνατο τῷ εἰρημένῳ καὶ φυλακτήριον κατεστήσατο. ὃ δὴ ἄλλοι τε πολλοὶ προϊόντος χρόνου ἔσχον καὶ Ἀμβαζούκης, Οὖννος μὲν γένος, Ῥωμαίοις δὲ καὶ Ἀναστασίῳ βασιλεῖ φίλος. οὗτος Ἀμβαζούκης ἐπειδὴ ἔς τε γῆρας ἀφῖκτο βαθὺ καὶ τελευτᾶν ἔμελλε,
D πέμψας παρὰ τὸν Ἀναστάσιον, χρήματά οἱ δοθῆναι ᾔτει, ἐφ'

6. οὗ δὴ τὰ om. A. 18. προϊόντος libri: περιιόντος P, typothetae, opinor, errore. *ibid.* Ἀμβαζούκης] *Aribazutes* RV hic et infra. 21. παρὰ] περὶ A.

L. in longitudinem patet, et praerupto atque insuperabili monte sic terminatur, ut exitus prorsum nullus appareat. Ibi Portam dumtaxat, quam diceres arte et manu factam, molita est natura: eam vetusto nomine Caspiam appellamus. Hinc late se campus aperit equitabilis, et ubertim riguus. Regionis pars maxima alendis equis accommoda est, spatiisque porrecta planissimis. Ibi omnes fere populi, quos Hunnorum nomen complectitur, habitant, eorumque sedes ad paludem usque Maeotin pertinent: qui si ea, cuius mentio modo incidit, porta in Persas ac Romanos erumpant, recentibus in equis expediti nec circuitum ullum conficiunt, nec praeterquam illo in tramite stadiorum L. ad Iberiae fines, ut diximus, pertingenti, derupta offendunt. Alia si exire velint, haud sine labore improbo, nec nisi dimissis equis eo perrumpere valent. Tunc enim per longissimos montium flexus praeruptosque anfractus perreptare necesse habent. Quae cum olim Alexander Philippi filius intellexisset, aditum illum munivit foribus, et castellum imposuit, quod per manus multorum postremo in potestatem venit Ambazucis natione Hunni, et Romanis atque Anastasio Aug. impense amici. Hic paulo antequam senectam diem obiret iam aetate decrepita, per internuntium pecuniam pe-

ᾧ τό τε φυλακτήριον καὶ πύλας τὰς Κασπίας ἐνδώσει Ῥωμαίοις. βασιλεὺς δὲ Ἀναστάσιος (δρᾶν γὰρ ἀνεπισκέπτως οὐδὲν οὔτε ἠπίστατο οὔτε εἰώθει) λογισάμενος ὅτι οἱ στρατιώτας ἐνταῦθα ἐκτρέφειν ἀδύνατον ἦν ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ τε ἀγαθῶν ἁπάντων καὶ οὐδαμῇ ἐν γειτόνων ἔχοντι ἔθνος Ῥωμαίοις κατήκοον, χάριν μὲν τῷ P 29 ἀνθρώπῳ τῆς ἐς αὐτὸν εὐνοίας πολλὴν ὡμολόγει, τὸ δὲ ἔργον τοῦτο οὐδενὶ λόγῳ προσίετο. Ἀμβαζούκης μὲν οὖν οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτελεύτα νόσῳ, Καβάδης δὲ βιασάμενος τοὺς αὐτοῦ παῖδας τὰς πύλας ἔσχεν.

Ἀναστάσιός τε βασιλεύς, ἐπειδὴ ἐγένοντο αἱ πρὸς Καβάδην H 15 σπονδαί, πόλιν ἐδείματο ἐν χωρίῳ Δάρας ἰσχυράν τε ὑπερφυῶς καὶ λόγου ἀξίαν, αὐτοῦ βασιλέως ἐπώνυμον. ἀπέχει δὲ αὕτη πόλεως μὲν Νισίβιδος σταδίους ἑκατὸν δυοῖν δέοντας, καὶ ὅρων, B οἳ τὰ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν διορίζουσιν, ὀκτὼ καὶ εἴκοσι μάλιστα. Πέρσαι δὲ κωλύειν τὴν οἰκοδομίαν σπουδὴν ἔχοντες οὐδαμῇ ἴσχυον ἀσχολίᾳ τῇ ἐς πόλεμον τὸν Οὐννικὸν πιεζόμενοι. ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν τάχιστα Καβάδης κατέλυσε, πέμψας παρὰ Ῥωμαίους ᾐτιᾶτο πόλιν αὐτοὺς οἰκοδομήσασθαι ἄγχιστά που τῶν ὁρίων τῶν σφετέρων, ἀπειρημένον τοῦτο ἐν τοῖς Μήδοις τε καὶ Ῥωμαίοις ξυγκειμένοις τὰ πρότερα. ὁ μὲν οὖν Ἀναστάσιος τὰ μὲν ἀπειλῶν, τὰ δὲ φιλίαν τε τὴν ἐς αὐτὸν προτεινόμενος καὶ C

1. „ἐνδώσει Reg." Malt. ἐνδώσειν P. 4. ἀδύνατον] ἀδύνατος A. 5. ἐν γειτόνων] ἐγγείτονον A. ἐγγειτόνων praebet codex p. 337 b. 13. δυοῖν] δυεῖν A. ibid. „καὶ ὅρων οἳ cod. Vatic." Malt. χωρῶν, αἳ P. χώρας αἳ L. Malim ὅρων δέ, οἳ. 20. ὁ μὲν] ὅτε μὲν P.

tiit ab Anastasio, promittens se Romanis arcem Portasque Caspias traditurum. At rem expendens Anastasius, eo vir ingenio ut nihil agere inconsiderate soleret, ubi vidit non posse militi commeatum suppetere in loco a rebus plane omnibus nudo, nec vicino genti ulli, quae Romanis pareret; gratiam quidem Ambazuci ob eius benevolentiam habere se magnam dixit; rem vero ipsam habuit in postremis. Morbo obiit paulo post Ambazuces, eiusque filiis per vim Cabades castello exactis, Portas occupavit.

Post pactas cum Cabade inducias, Anastasius Imp. ex pago Dara urbem fecit, munitissimam sane ac nobilissimam, quam et suo nomine insignivit. Distat Nisibi stadiis c. minus duobus; a limite autem utriusque imperii, circiter xxviii. Persas bellum Hunnicum tenuit, quominus ex animi sententia opus impedirent. Simul autem ut Cabades bellum confecit, ad Romanos misit qui suo nomine cum ipsis expostularent, quod contra pacta Medos inter et Romanos olim sancita urbem condidissent ad suos limites. Querelam hanc Anastasius qua minis, qua significatione

χρήμασιν οὐ φαύλοις δωρούμενος παρακρούεσθαί τε καὶ τὴν αἰτίαν ἐκλύειν ἤθελε. καὶ πόλιν δὲ ἄλλην ταύτῃ ὁμοίαν ἐν Ἀρμενίοις ὁ βασιλεὺς οὗτος ἀγχοτάτω ἐδείματο τῶν Περσαρμενίας
V 242 ὁρίων, ἣ κώμη μὲν ἐκ παλαιοῦ ἐτύγχανεν οὖσα, πόλεως δὲ ἀξίωμα μέχρι ἐς τὸ ὄνομα πρὸς Θεοδοσίου βασιλέως λαβοῦσα ἐπώνυμος αὐτῷ ἐγεγόνει. ἀλλ' Ἀναστάσιος τείχει αὐτὴν ὀχυρωτάτῳ περιβαλὼν πράγματα Πέρσαις οὐδέν τι ἧσσον ἢ διὰ τὴν ἑτέραν παρέσχετο· ἐπιτειχίσματα γὰρ αὐτῶν τῇ χώρᾳ γέγονεν ἄμφω.

D ια'. Ἀναστασίου δὲ ὀλίγῳ ὕστερον τελευτήσαντος Ἰουστῖνος τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, ἀπεληλαμένων αὐτῆς τῶν Ἀναστασίου ξυγγενῶν ἁπάντων, καίπερ πολλῶν τε καὶ λίαν ἐπιφανῶν ὄντων. τότε δὴ μέριμνά τις Καβάδῃ ἐγένετο μή τι Πέρσαι νεωτερίσωσιν ἐς τὸν αὐτοῦ οἶκον, ἐπειδὰν τάχιστα αὐτὸς τελευτήσῃ τὸν βίον, ἐπεὶ οὐδὲ ἀντιλογίας χωρὶς ἐς τῶν παίδων τινὰ παρα-
P 30 πέμψαι τὴν ἀρχὴν ἔμελλε. τῶν γὰρ οἱ παίδων τὸν πρεσβύτατον Καόσην τῆς μὲν ἡλικίας ἕνεκα ἐς τὴν βασιλείαν ὁ νόμος ἐκάλει, ἀλλὰ Καβάδην οὐδαμῇ ἤρεσκεν. ἐβιάζετο δὲ τήν τε φύσιν καὶ τὰ νόμιμα ἡ τοῦ πατρὸς γνώμη. Ζάμην δέ, ὃς τὰ δευτερεῖα ἐφέρετο, τοῖν ὀφθαλμοῖν τὸν ἕτερον ἐκκεκομμένον ἐκώλυεν ὁ νόμος. ἑτερόφθαλμον γὰρ ἢ ἄλλῃ τινὶ λώβῃ ἐχόμενον οὐ θέμις Πέρσαις βασιλέα καθίστασθαι. Χοσρόην δέ, ὃς αὐτῷ ἐκ τῆς

5. πρὸς add. L. 6. „ὀχυρωτάτῳ Reg." Malt. ἐχυρωτάτῳ P. 7. „τὴν ἑτέραν Reg." Malt. τῆς ἑτέρας P. 21. Πέρσαις] πέρσας A.

amicitiae, submissa praesertim magna pecuniae vi depulit oppressitque. In Armenia quoque ad Persarmeniae fines parem huic urbem fecit ex vico veteri, qui cum urbis dignitatem verbo tenus accepisset a Theodosio Aug. de eius nomine Theodosiopolis dicebatur. Eam Anastasius moenibus validissimis cinxit, atque hoc opere non minus negotii molestiaeque Persis facessit quam illo altero. Siquidem ea deinceps duo fuere propugnacula ad illos infestandos commodissima.

11. Non ita multo post mortuo Anastasio, Iustinus Imperium suscepit, Anastasii propinquis omnibus, quamvis et magnus eorum esset numerus et summus splendor, a successione summotis. Quo tempore Cabadem invasit ac sollicitavit metus, ne quid novi in domum suam, statim ut abiisset e vita, Persae molirentur. Neque enim filiorum suorum quemquam regni scribere haeredem poterat, quin ipsi offerret se adversum aliquid. Ac lex quidem Caosem ob aetatis praerogativam ad regnum vocabat: sed ab eo voluntas Cabadis abhorrebat, et cum patriae, tum naturae leges ac iura perfringebat. Zamen, qui ortu succedebat proxime Caosi, quod altero oculo orbatus esset, lex a principatu arcebat. Nam hoc aliove quopiam vitio notatum nefas est Persis Regem creare. Tertius ex Aspebedis sorore susceptus Chosroes, unice diligebatur a patre:

Ἀσπεβέδου ἀδελφῆς ἐγεγόνει, ὑπερηγάπα μὲν ὁ πατήρ, ὁρῶν δὲ Πέρσας σχεδόν τι εἰπεῖν ἅπαντας τεθηπότας τὴν Ζάμου ἀνδρείαν (ἦν γὰρ ἀγαθὸς τὰ πολέμια) καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν σέβοντας ἔδεισε μὴ Χοσρόῃ ἐπαναστάντες ἔργα ἀνήκεστα ἐς τὸ γένος καὶ B
τὴν βασιλείαν ἐργάσωνται. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἄριστον εἶναι τόν τε πόλεμον καὶ τὰς τοῦ πολέμου αἰτίας διαλῦσαι Ῥωμαίοις, ἐφ' ᾧ Χοσρόης παῖς εἰσποιητὸς Ἰουστίνῳ βασιλεῖ γένοιτο· οὕτω γάρ οἱ μόνως τὸ ἐχυρὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ διασώσασθαι. διὸ δὴ πρέσβεις τε ὑπὲρ τούτων καὶ γράμματα ἐς Βυζάντιον Ἰουστίνῳ βασιλεῖ ἵει. ἐδήλου δὲ τὰ γράμματα τάδε· „Οὐ δίκαια μὲν πεπονθέναι πρὸς Ῥωμαίων ἡμᾶς καὶ αὐτὸς οἶσθα, ἐγὼ δ' ὑμῖν τὰ ἐγκλήματα ἀφεῖναι πάντα παντελῶς ἔγνωκα, ἐκεῖνο εἰδώς, ὡς οὗτοι ἂν μάλιστα τῶν ἀνθρώπων νικῷεν, οἵ γε προσόντος αὐτοῖς τοῦ δικαίου εἶτα ἐλασσούμενοι ἑκόντες ἕνεκα τῶν φίλων ἡσσῶνται. χάριν μέντοι αἰτοῦμέν σε ὑπὲρ τούτων τινά, ἣ ἂν οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς C
μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἑκατέρου ὑπήκοον ἅπαν ἔς τε τὸ ξυγγενὲς ξυνδέουσα καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ὡς τὸ εἰκὸς εὔνοιαν ἐς πόρον δή που τῶν τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν καταστήσεσθαι ἱκανὴ εἴη. λέγω δὲ ὅπως ἂν Χοσρόην τὸν ἐμόν, ὅς μοι τῆς βασιλείας διάδοχος ἔσται, εἰσποιητὸν παῖδα ποιήσαιο."

Ταῦτα ἐπεὶ ἀπενεχθέντα Ἰουστῖνος βασιλεὺς εἶδεν, αὐτός τε περιχαρὴς γέγονε καὶ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλέως ἀδελφιδοῦς, ὃς

1. *ἀσπεβέδου* HL. *Ἀσπευέδου* Photius infra p. 82 d. *Ἀσπεσβέδου* P. *Abeuedo* RV. *Ἀπεβέδης* p. 66 d. *Ἀσπέβετος* apud Cyrillum in Analectis Benedictinorum p. 19—28. 2. *ἀνδρείαν*] *ἀνδρίαν* P. 3. *σέβοντας* A. *σέβων* P, quod legit RV. 11. Addidi *δ'*. 17. *ὡς*] *ἐς* A. *ibid.* *πόρον* L. *κόρον* P.

qui tamen cum Persas fere omnes videret Zamis fortitudinem demirari (et vero bellica virtute caeterisque praestabat) verebatur ne conflata in Chosroem rebellione, domum regiam regnumque convellerent. Igitur factu optimum duxit bellum omnesque belli causas Romanis ea lege remittere, ut Iustinus Chosroem adoptaret. Nam in hoc uno firmum praesidium ad servandum ipsi regnum esse situm putabat. His de causis legatos ad Iustinum misit cum literis in hanc sententiam. *Multa quidem in nos Romani contra ius fasque, ut tute scis, admiserunt. Nihilo tamen minus iniurias omnino omnes vobis remittere est animus mihi, id probe scienti, neminem gloriosius vincere, quam qui ius a se stare cum videat, sponte amicorum gratia cedit. Sed gratiam pro his a te reposcimus, et eam quidem quae nos ditionisque nostrae populos coniungat vinculo propinquitatis, et nascituram hinc firmiorem amicitiam uberrimae pacis fructibus cumulet. Nimirum ut Chosroem meum, quem mihi haeredem designo, tibi filium adoptes peto.*

Magnum cepere gaudium ex his literis Iustinus eiusque ex sorore nepos Iustinianus, quem ipsi successurum non obscura erat opinio. Ac

δὴ αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἐκδέχεσθαι ἐπίδοξος ἦν. καὶ κατὰ
τάχος ἐς τὴν πρᾶξιν ἠπειγέσθην τὴν εἰσποίησιν ἐν γράμμασι θέ-
D σθαι, ᾗ νόμος Ῥωμαίοις, εἰ μὴ Πρόκλος ἐκώλυσεν, ὃς βασιλεῖ
τότε παρήδρευε τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχων,
ἀνὴρ δίκαιός τε καὶ χρημάτων διαφανῶς ἀδωρότατος. διὸ δὴ
οὔτε νόμον τινὰ εὐπετῶς ἔγραφεν οὔτε τι τῶν καθεστώτων κινεῖν
ἤθελεν, ὃς καὶ τότε ἀνταίρων ἔλεξε τοιάδε· „Νεωτέροις μὲν ἐγ-
χειρεῖν πράγμασιν οὔτε εἴωθα καὶ ἄλλως δέδοικα πάντων μάλιστα,
εὖ εἰδὼς ὅτι ἐν τῷ νεωτεροποιῷ τό γε ἀσφαλὲς οὐδαμῶς σώζεται.
δοκῶ δέ μοι, εἰ καὶ λίαν τις ἦν περὶ ταῦτα θρασὺς, ἀποκνῆσαι
H 16 ἂν ἐς τήνδε τὴν πρᾶξιν καὶ κατορρωδῆσαι τὸν ἐξ αὐτῆς σάλον·
V 243 οὐ γὰρ ἄλλο οἶμαι οὐδὲν ἔν γε τῷ παρόντι ἡμῖν ἐν βουλῇ εἶναι ἢ
P 31 ὅπως ἂν τὰ Ῥωμαίων πράγματα Πέρσαις εὐπρεπεῖ παραδοίημεν
λόγῳ, οἵ γε οὐκ ἐγκρυφιάζοντες οὐδὲ παραπετάσμασί τισι χρώ-
μενοι, ἀλλὰ διαρρήδην ὁμολογοῦντες τὸ βούλευμα, οὕτως ἀναί-
δην ἀφαιρεῖσθαι τὴν βασιλείαν ἡμᾶς ἀξιοῦσι, τῷ μὲν τῆς ἀπά-
Μάχης δὲ ἄχρι ἐς ἡμέραν μέσην οὐδέτεροι ἦρχον. ἐπειδὴ B δὲ τάχιστα ἡ μεσημβρία παρῳχήκει, ἔργου οἱ βάρβαροι εἴχοντο, τοῦδε ἕνεκα ἐς τοῦτον τῆς ἡμέρας τὸν καιρὸν τὴν ξυμβολὴν ἀποθέμενοι, ὅτι δὴ αὐτοὶ μὲν σιτίοις ἐς δείλην ὀψίαν χρῆσθαι μόνον εἰώθασι, Ῥωμαῖοι δὲ πρὸ τῆς μεσημβρίας, ὥστε οὔποτε ᾤοντο αὐτοὺς ὁμοίως ἀνθέξειν, ἢν πεινῶσιν ἐπίθωνται. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοξεύμασιν ἐχρῶντο ἐς ἀλλήλους ἑκάτεροι, καί τινα τὰ βέλη τῷ πλήθει ἀχλὺν ἐπὶ πλεῖστον ἐποίει, ἔκ τε ἀμφοτέρων πολλοὶ ἔπιπτον, πολλῷ δὲ συχνότερα τὰ τῶν βαρβάρων βέλη ἐφέροντο. ἐν ἐπιτροπῇ γὰρ ἀεὶ ἀκμῆτες ἐμάχοντο, αἴσθησιν τοῦ ποιουμένου τοῖς πολεμίοις ὡς ἥκιστα παρεχόμενοι, οὐ μέντοι C οὐδ' ὡς Ῥωμαῖοι τὸ ἔλασσον εἶχον. πνεῦμα γὰρ ἐνθένδε ἐπίφορον ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐπιπεσὸν οὐ λίαν αὐτῶν τὰ τοξεύματα ἐνεργεῖν εἴα. ἐπεὶ δὲ ἅπαντα ἑκατέρους τὰ βέλη ἤδη ἐπιλελοίπει, τοῖς τε δόρασιν ἐς ἀλλήλους ἐχρῶντο καὶ ἡ μάχη ἔτι μᾶλλον ἐκ χειρὸς ἐγεγόνει. Ῥωμαίων δὲ κέρας τὸ ἀριστερὸν μάλιστα ἔκαμνε. Καδισηνοὶ γὰρ, οἳ ταύτῃ ξὺν τῷ Πιτυάζῃ ἐμάχοντο, πολλοὶ ἐπιβεβοηθηκότες ἐξαπιναίως ἐτρέψαντό τε τοὺς πολεμίους καὶ φεύγουσιν ἐγκείμενοι ἰσχυρότατα συχνοὺς ἔκτεινον. ὃ δὴ κατιδόντες οἱ ξὺν τῷ Σουνίκᾳ τε καὶ Αἰγᾷ, δρόμῳ πολλῷ ἐπ'

11. τὰ τῶν] τῶν om. L. 14. οὐδ' ὡς] οὐ δαί οἱ vel simile quid A. οὐ δαῖ οἱ L. 19. Πιτυάζῃ] Πιτιάζῃ P. 20. ἐτρέψαντό τε L. τε om. P. 22. Αἰγᾷ] ἀϊσὰν A. ἀϊσᾶν L. Αἰγὰν nominativus est p. 36 d.

factoque a tergo impetu, aversos telis petemus; pessime profecto ipsos habebimus. Haec locutus, probatum Belisario consilium implevit.

Ab ineundo praelio acies utraque se continuit ad meridiem: qua praeterita, statim rem aggressi sunt barbari, ad eam horam reiecta idcirco pugna, quod cum ipsi capere cibum nonnisi sub vesperum consueverint, Romani vero ante meridiem, haud ita restituros putabant, si impastos et fame languidos adorirentur. Sagittis primo utrinque pugnatum est: quarum multitudo caliginem late inducebat. Cadebant parte ex utraque multi: quamquam tela veniebant crebriora a barbaris. Nam in certamen semper integri succedebant per vices, neque id hostis persentiebat. Res tamen Romana non erat peiore loco. Cum enim ventus a parte nostra ferens in barbaros exortus esset, sagittarum, quas missitabant, infringebat vim. Exhaustis demum pharetris, ad hastas venitur. Tum pugna cominus fieri et magis ac magis crudescere. In primis Romanorum cornu sinistrum laborabat, impressione subita disiectum a Cadisenis, sociam operam navantibus Pityazi, cui suppetias magno numero tulerant: ac iam fugientibus instantes acerrime multos perimebant. Quo viso, effuse in barbaros incurrerunt Sunicas et Augas, atque his cele-

πολεμίων ἥκιστα βάλλωνται. οὐκοῦν ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ γενόμενοι οὐκ ἐν τῷ παρόντι μόνον Πέρσας νικήσετε, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀπονοίας κολάσετε, ὡς μήποτε αὖθις εἰς γῆν τὴν Ῥωμαίων στρατεύσονται.“

Ταύτην Βελισάριός τε καὶ Ἑρμογένης τὴν παραίνεσιν ποιησάμενοι, ἐπειδὴ Πέρσας ὁδῷ ἰόντας ἐπὶ σφᾶς εἶδον, τρόπῳ τῷ προτέρῳ κατὰ τάχος τοὺς στρατιώτας διέταξαν. καὶ οἱ βάρβα-
V 250 *ροι παρ' αὐτοὺς ἥκοντες μετωπηδὸν ἔστησαν. οὐχ ἅπαντας μέντοι Πέρσας ὁ Μιρράνης ἀντίους τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ τοὺς ἡμίσεις ἔστησε, τοὺς δὲ ἄλλους ὄπισθεν μένειν εἴασεν. οἳ δὴ τοὺς μαχομένους ἐκδεχόμενοι ἔμελλον ἀκμῆτες ἐπιθήσεσθαι τοῖς ἐναν-*
P 41 *τίοις, ὅπως ἀεὶ ἐκ περιτροπῆς ἅπαντες μάχωνται. μόνον δὲ τὸν τῶν ἀθανάτων λεγομένων λόχον ἡσυχῇ μένειν, ἕως αὐτὸς σημήνῃ, ἐκέλευεν. αὐτός τε κατὰ μέσον τοῦ μετώπου ταξάμενος, Πιτυάζην μὲν τοῖς ἐν δεξιᾷ, Βαρεσμανᾶν δὲ τοῖς ἐς τὸ ἀριστερὸν κέρας ἐπέστησεν. οὕτω μὲν ἀμφότεροι ἐτετάχατο. Φάρας δὲ Βελισαρίῳ τε καὶ Ἑρμογένει παραστὰς εἶπεν „Οὐδέν μοι δοκῶ ἐνταῦθα ξὺν τοῖς Ἐρούλοις μένων τοὺς πολεμίους ἐργάσεσθαι μέγα· ἢν δὲ κρυπτόμενοι ἐς τὸ κάταντες τοῦτο εἶτα, ἐπειδὰν ἐν τῷ ἔργῳ γένωνται Πέρσαι, διὰ τοῦδε τοῦ λόφου ἀναβαίνοντες ἐκ τοῦ αἰφνιδίου κατὰ νώτου αὐτῶν ἴωμεν ὄπισθεν βάλλοντες,*

14. ταξάμενος L. ταξόμενος P. 15. Πιτυάζην] Πιτιάζην P. 16. ἐπέστησεν] ἐπέστησαν L. 18. ἐργάσεσθαι] ἐργάσασθαι L. 20. τοῦδε] τούτου L.

stilibus configantur. Quae cum ita sint; si vos fortiter in hoc praelio gesseritis, non iam modo vincetis Persas; at sic etiam eorum vesaniam castigabitis, ut Romano Imperio nunquam posthac inferre signa ausuri sint.

Ita suos cohortati Belisarius et Hermogenes, ubi Persas viderunt ad se recta tendere, extemplo aciem eadem qua nudius tertius forma ordinarunt. Ad quos Barbari cum processissent, steterunt illis obversi. Porro Mirrhanes non omnes hosti Persas opposuit; sed dimidiam duntaxat partem, relictis a tergo caeteris, qui subeundo pugnantibus invasuri hostem erant recentes; sic ut in orbem omnes continenter praelio succederent. Unam Immortalium quam appellant cohortem iussit quiescere eousque dum ut adessent mandaret. Ipse in media versans aciei fronte, Pityazi cornu dexterum, Baresmanae laevum assignavit. Sic acie utraque composita, Belisarium et Hermogenem Pharas adiit, et illis astans, *Si ibi*, inquit, *cum Erulis meis positus maneam, nihil in hostem, quod sit operae pretium, facturus mihi videor. Sin latebimus in eo clivo, ac deinde, cum Persas pugnae ardor provexerit, superato repente tumulo,*

τὰ ἀνήκεστα αὐτοὺς, ὡς τὸ εἰκὸς, δράσομεν." ὁ μὲν ταῦτα εἶπε, καὶ ἐπεὶ τοὺς ἀμφὶ Βελισάριον ἤρεσκε, κατὰ ταῦτα ἐποίει.

Μάχης δὲ ἄχρι ἐς ἡμέραν μέσην οὐδέτεροι ἦρχον. ἐπειδὴ B δὲ τάχιστα ἡ μεσημβρία παρῳχήκει, ἔργου οἱ βάρβαροι εἴχοντο, τοῦδε εἵνεκα ἐς τοῦτον τῆς ἡμέρας τὸν καιρὸν τὴν ξυμβολὴν ἀποθέμενοι, ὅτι δὴ αὐτοὶ μὲν σιτίοις ἐς δείλην ὀψίαν χρῆσθαι μόνον εἰώθασι, Ῥωμαῖοι δὲ πρὸ τῆς μεσημβρίας, ὥστε οὔποτε ᾤοντο αὐτοὺς ὁμοίως ἀνθέξειν, ἢν πεινῶσιν ἐπίθωνται. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοξεύμασιν ἐχρῶντο ἐς ἀλλήλους ἑκάτεροι, καί τινα τὰ βέλη τῷ πλήθει ἀχλὺν ἐπὶ πλεῖστον ἐποίει, ἔκ τε ἀμφοτέρων πολλοὶ ἔπιπτον, πολλῷ δὲ συχνότερα τὰ τῶν βαρβάρων βέλη ἐφέροντο. ἐν ἐπιτροπῇ γὰρ ἀεὶ ἀκμῆτες ἐμάχοντο, αἴσθησιν τοῦ ποιουμένου τοῖς πολεμίοις ὡς ἥκιστα παρεχόμενοι, οὐ μέντοι C οὐδ' ὣς Ῥωμαῖοι τὸ ἔλασσον εἶχον. πνεῦμα γὰρ ἐνθένδε ἐπίφορον ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐπιπεσὸν οὐ λίαν αὐτῶν τὰ τοξεύματα ἐνεργεῖν εἴα. ἐπεὶ δὲ ἅπαντα ἑκατέρους τὰ βέλη ἤδη ἐπιλελοίπει, τοῖς τε δόρασιν ἐς ἀλλήλους ἐχρῶντο καὶ ἡ μάχη ἔτι μᾶλλον ἐκ χειρὸς ἐγεγόνει. Ῥωμαίων δὲ κέρας τὸ ἀριστερὸν μάλιστα ἔκαμνε. Καδισηνοὶ γὰρ, οἳ ταύτῃ ξὺν τῷ Πιτυάζῃ ἐμάχοντο, πολλοὶ ἐπιβεβοηθηκότες ἐξαπιναίως ἐτρέψαντό τε τοὺς πολεμίους καὶ φεύγουσιν ἐγκείμενοι ἰσχυρότατα συχνοὺς ἔκτεινον. ὃ δὴ κατιδόντες οἱ ξὺν τῷ Σουνίκᾳ τε καὶ Αἰγᾷ, δρόμῳ πολλῷ ἐπ'

11. τὰ τῶν] τῶν om. L. 14. οὐδ' ὣς] οὐ δαὶ οἷ vel simile quid A. οὐ δαῖ οἱ L. 19. Πιτυάζῃ] Πιτιάζῃ P. 20. ἐτρέψαντό τε L. τε om. P. 22. Αἰγᾷ] αἰσὰν A. αἰσᾶν L. Αἰγὰν nominativus est p. 36 d.

factoque a tergo impetu, aversos telis petemus; pessime profecto ipsos habebimus. Haec locutus, probatum Belisario consilium implevit.

Ab ineundo praelio acies utraque se continuit ad meridiem: qua praeterita, statim rem aggressi sunt barbari, ad eam horam reiecta idcirco pugna, quod cum ipsi capere cibum nonnisi sub vesperum consueverint, Romani vero ante meridiem, haud ita restituros putabant, si impastos et fame languidos adorirentur. Sagittis primo utrinque pugnatum est: quarum multitudo caliginem late inducebat. Cadebant parte ex utraque multi: quamquam tela veniebant crebriora a barbaris. Nam in certamen semper integri succedebant per vices, neque id hostis persentiebat. Res tamen Romana non erat peiore loco. Cum enim ventus a parte nostra ferens in barbaros exortus esset, sagittarum, quas missitabant, infringebat vim. Exhaustis demum pharetris, ad hastas venitur. Tum pugna cominus fieri et magis ac magis crudescere. In primis Romanorum cornu sinistrum laborabat, impressione subita disiectum a Cadisenis, sociam operam navantibus Pityazi, cui suppetias magno numero tulerant: ac iam fugientibus instantes acerrime multos perimebant. Quo viso, effuse in barbaros incurrerunt Sunicas et Augan, atque his cele-

D αὐτοὺς ᾔεσαν. πρῶτοι δὲ οἱ τριακόσιοι ξὺν τῷ Φάρᾳ Ἔρουλοι ἐξ ὑψηλοῦ κατὰ νώτου τῶν πολεμίων γινόμενοι ἔργα θαυμαστὰ ἔς τε τοὺς ἄλλους καὶ τοὺς Καδισηνοὺς ἐπεδείκνυντο. οἳ δὴ ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Σουνίκαν πλαγίους ἤδη ἀνιόντας ἐπ' αὐτοὺς εἶδον, ἐς φυγὴν ὥρμηντο. τῆς δὲ τροπῆς λαμπρᾶς γενομένης, ἐπειδὴ ἀλλήλοις ξυνέμιξαν οἱ ταύτῃ Ῥωμαῖοι, γέγονε φόνος τῶν βαρβάρων πολύς. καὶ αὐτῶν κατὰ κέρας τὸ δεξιὸν οὐχ ἧσσους ἢ τρισχίλιοι ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ἀπέθανον, οἱ δὲ λοιποὶ ἐς τὴν φάλαγγα μόλις καταφυγόντες ἐσώθησαν. Ῥωμαῖοι δὲ οὐκέτι ἐδίωκον, ἀλλ' ἐν τῇ παρατάξει ἑκάτεροι ἔστησαν ἀντίοι ἀλλήλοις. ταῦτα μὲν οὖν ἐφέρετο τῇδε.

P 42 Μιρράνης τε ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τοὺς ἀθανάτους λεγομένους ἅπαντας ἐς μέρος τὸ ἀριστερὸν λάθρα ἔπεμψεν. οὓς δὴ κατιδόντες Βελισάριός τε καὶ Ἑρμογένης, τοὺς ἀμφὶ Σουνίκαν τε καὶ Αἰγᾶν ἑξακοσίους ἐς γωνίαν τὴν ἐν δεξιᾷ ἐκέλευον ἰέναι, οὗ δὴ οἱ ξὺν τῷ Σίμᾳ τε καὶ Ἀσκᾶν ἵσταντο, καὶ αὐτῶν ὄπισθεν
H 23 τῶν Βελισαρίῳ ἑπομένων πολλοὺς ἔστησαν. Πέρσαι μὲν οὖν, οἳ κέρας τὸ ἀριστερὸν εἶχον Βαρεσμανᾶ ἡγουμένου σφίσι, ξὺν τοῖς ἀθανάτοις ἐς τοὺς κατ' αὐτοὺς Ῥωμαίους δρόμῳ ἐσέβαλλον. οἱ δὲ οὐχ ὑποστάντες τὴν ἔφοδον ἐς φυγὴν ὥρμηντο. τότε δὴ οἵ τε ἐν τῇ γωνίᾳ Ῥωμαῖοι καὶ ὅσοι αὐτῶν ὄπισθεν ἦσαν, σπουδῇ πολλῇ ἐπὶ τοὺς διώκοντας ᾔεσαν. ἅτε δὲ τοῖς βαρβάροις ἐγκάρσιοι ἰόν-
B τες, διεῖλον αὐτῶν δίχα τὸ στράτευμα, καὶ τοὺς μὲν πλείστους

7. αὐτῶν A. τῶν P. 16. Σίμᾳ] σίμμᾳ A.

rius trecenti illi cum Phara Eruli ex edito aversis hostibus imminentes mira facinora cum in alios ediderunt, tum maxime in Cadisenos, qui ut Sunicam etiam cum suis e transverso prorumpentem videre, illico arripuerunt fugam. Ea clare cognita, iunxerunt agmina Romani, qui illic erant, et magnam barbarorum caedem fecerunt. In hac dimicatione ceciderunt ex hostium cornu dextero minimum III. M. caeteri vix evaserunt ad suam aciem: neque illos insecuti Romani sunt; sed in acie utrique sibi invicem oppositi constiterunt. Hunc res ibi successum habuit.

Ad cornu vero sinistrum Mirrhanes cum alios complures submisit, tum totam cohortem Immortalium. Hos ut viderunt Belisarius et Hermogenes, sexcentos equites, quos Sunicas cum Augane ducebat, ad angulum dexterum, ubi Simas et Ascan in procinctu stabant, vocarunt. Pone illos magna pars eorum, qui Belisarium sequebantur, locata fuit. Igitur Persae in cornu sinistro positi, duce Baresmana, cum Immortalibus Romanos invadunt sibi obiectos. Hi magno fracti impetu iam ruebant in fugam, cum dispositae ad angulum turmae et quicunque post illas aderant, in persequentes effudere se ardentissime. Obliquo incursu bifariam scissus est barbaricus exercitus, exclusa ad dexteram parte maxima,

ἐν δεξιᾷ εἶχον, τινὰς δὲ καὶ ἐγκαταλειφθέντας ἐν ἀριστερᾷ ἐποιή-
σαντο. ἐν τοῖς καὶ τὸν τοῦ Βαρεσμανᾶ τὸ σημεῖον φέροντα ξυν-
έπεσεν εἶναι, ὃν δὴ ὁ Σουνίκας τῷ δόρατι ἐπελθὼν παίει. ἤδη
τε Πέρσαι οἱ ἐν τοῖς πρώτοις διώκοντες, αἰσθόμενοι οὗ ἦσαν κα-
κοῦ, στρέψαντές τε τὰ νῶτα καὶ τὴν δίωξιν καταπαύσαντες ἐπ' V 251
αὐτοὺς ᾔεσαν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀμφίβολοι πρὸς τῶν πολεμίων ἐγί-
νοντο. ξυνέντες γὰρ τῶν ποιουμένων οἱ φεύγοντες ἀνέστρεφον
αὖθις. οἵ τε γοῦν ἄλλοι Πέρσαι καὶ ὁ τῶν ἀθανάτων λόχος, κε-
κλιμένον τε τὸ σημεῖον ἰδόντες καὶ ἐς τὸ ἔδαφος καθειμένον, ἐπὶ
τοὺς ἐκείνῃ Ῥωμαίους σὺν τῷ Βαρεσμανᾷ ὥρμησαν. Ῥωμαῖοι C
δὲ ὑπηντίαζον. καὶ πρῶτος Σουνίκας τὸν Βαρεσμανᾶν ἔκτεινέ
τε καὶ ἐκ τοῦ ἵππου ἐς τὸ ἔδαφος ἔρριψε. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐς δέος
μέγα οἱ βάρβαροι ἐμπεπτωκότες ἀλκῆς μὲν οὐκέτι ἐμέμνηντο,
ἀκοσμίᾳ δὲ πολλῇ ἐχόμενοι ἔφευγον. καὶ κατ' αὐτῶν Ῥωμαῖοι
κύκλωσίν τινα ποιησάμενοι πεντακισχιλίους μάλιστα ἔκτειναν. οὕ-
τω τε τὰ στρατόπεδα παντάπασιν ἐκινήθη ἑκάτερα, Περσῶν μὲν
εἰς ὑπαγωγήν, Ῥωμαίων δὲ ἐς τὴν δίωξιν. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ
ὅσοι δὴ πεζοὶ ἐν τῷ Περσῶν στρατεύματι ἦσαν, ῥίψαντές τε τοὺς
θυρεοὺς καὶ καταλαμβανόμενοι κόσμῳ οὐδενὶ παρὰ τῶν πολεμίων
ἐκτείνοντο. Ῥωμαίων μέντοι ἡ δίωξις δι' ὀλίγου ἐγένετο.
Βελισάριος γὰρ καὶ Ἑρμογένης περαιτέρω ἰέναι οὐδαμῇ εἴων, D
δείσαντες μή τινι ἀνάγκῃ Πέρσαι ὑποστραφέντες τρέψωνται
αὐτοὺς οὐδενὶ λόγῳ διώκοντας, ἱκανόν τε αὐτοῖς κατεφαίνετο
τὴν νίκην ἀκραιφνῆ διασώσασθαι. μακροῦ γὰρ χρόνου Ῥωμαίων

4. οὗ L. οἳ P.

ad laevam altera intercepta cum Baresmanae vexillario, quem adortus Sunicas hasta confecit. Hoc loco Persae, qui primi fugientibus instabant, discrimine cognito terga vertunt, et istos desistunt insequi, ut illos petant. At ipsi iam ab hostibus utrinque peti coepti sunt. Etenim qui fugiebant, re intellecta, ad eos conversi redierunt. Porro Immortalium cohors ac caeteri Persae, ubi inclinatum vexillum et afflictum humi viderunt, eam partem versus cum Baresmana ceperunt impetum. Occurrunt Romani, ac primus Sunicas Baresmanam confodit, atque ex equo ad terram dat. Eo casu perculsi barbari, proiecta virtute, consternantur in fugam. Romani promotis aciei cornibus sic illos circumcluserunt, ut ad quina millia interfecerint: atque ita utraque acies se prorsus movit ac mutavit locum; Persica, retrahendo sese; Romana, insequendo. Tum omnes, qui in Persarum exercitu pedibus merebant, nudi clypeis, quos abiecerant, in summa perturbatione deprehensi, occisione perierunt. Nec longe procurrerunt haerentes in terga fugacium Romani, inhibentibus Belisario et Hermogene, cum vererentur ne Persae necessitate compulsi ora impetumque converterent in temere persequentes, eosque profligarent. Et vero ipsis id satis esse videbatur, si victoriam retine-

τῇ μάχῃ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἡσσήθησαν Πέρσαι. οὕτω μὲν ἀπ' ἀλλήλων ἑκάτεροι διεκρίθησαν. Πέρσαι δὲ οὐκέτι μάχην ἐκ τοῦ εὐθέος ἐς Ῥωμαίους διενεγκεῖν ἤθελον. ἐγένοντο μέντοι ἀμφοτέροις τινὲς ἐξ ἐπιδρομῆς ἔφοδοι, ἐν αἷς οὐκ ἔλασσον Ῥωμαῖοι ἔσχον. τὰ μὲν οὖν στρατόπεδα ἐν Μεσοποταμίᾳ τῇδε ἐφέρετο.

P 43 *ιε'. Καβάδης δὲ ἄλλο στράτευμα εἰς Ἀρμενίαν τὴν Ῥωμαίων κατήκοον ἔπεμπε. τὸ δὲ στράτευμα τοῦτο Περσαρμενίων τε καὶ Σουνιτῶν ἦσαν, οἳ δὴ Ἀλανοῖς εἰσιν ὅμοροι. Οὖννοί τε αὐτοῖς οἱ Σάβειροι καλούμενοι τρισχίλιοι ξυνῆσαν, μαχιμώτατον ἔθνος. στρατηγὸς δὲ Μερμερόης, Πέρσης ἀνήρ, ἅπασιν ἐφειστήκει. οἵπερ ἐπειδὴ Θεοδοσιουπόλεως τριῶν ἡμερῶν ὁδῷ διεῖχον, ἐνστρατοπεδευσάμενοί τε ἔμενον ἐν Περσαρμενίων τῇ χώρᾳ καὶ τὰ ἐς τὴν ἐσβολὴν ἐξηρτύοντο. ἐτύγχανε δὲ Ἀρμενίας μὲν* B *στρατηγὸς Δορόθεος, ὢν ἀνὴρ συνετός τε καὶ πολέμων πολλῶν ἔμπειρος. Σίττας δὲ ἀρχὴν μὲν τὴν στρατηγίδα ἐν Βυζαντίῳ εἶχε, παντὶ δὲ τῷ ἐν Ἀρμενίοις στρατῷ ἐφειστήκει. οἳ δὴ στράτευμα πολεμίων γνόντες ἐν Περσαρμενίοις ἀγείρεσθαι, δορυφόρους εὐθὺς δύο ἔπεμψαν, ἐφ' ᾧ διασκοπήσαντες ἅπασαν σφίσι τῶν πολεμίων τὴν δύναμιν ἐσαγγείλωσιν. ἄμφω τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν βαρβάρων γενόμενοι καὶ ἅπαντα ἐς τὸ ἀκριβὲς κατανοήσαντες ἀπηλλάσσοντο. ὁδῷ τε ἰόντες ἔς τι τῶν ἐκείνῃ χωρίων Οὔννοις πολεμίοις ἀπροσδοκήτως ἐντυγχάνουσιν. ὑφ' ὧν ἅτερος*

11. *τριῶν*] *γ'* P. 13. *τὰ ἐς* A. *τὰ* om. P. 16. *ἐφειστήκει* L. *ἐφεστήκει* P. 17. *ἀγείρεσθαι*] *ἐγείρεσθαι* L. 22. *ἀπροσδοκήτως*] *ἀπροσδοκήτοις* L.

rent integram et illibatam, cum longo iam intervallo Romani Persas acie superassent. Ita discessum est: neque ausi sunt Persae postea cum Romanis recte et collato Marte pugnare: leves tantum incursiones utrinque factae, in quibus Romani haud inferiores fuerunt. Hic erat belli status in Mesopotamia.

15. In Armeniam Romanis subditam alium Cabades exercitum misit, e Persarmenis et Sunitis, qui sunt Alanis finitimi, conflatum. Iis se adiunxerant tria Hunnorum millia, eorum qui vocantur Sabiri: bellicosissima sane gens. Mermeroes Persa omnibus praeerat. In Persarmenia cum substitissent, castris quodam in loco positis, unde ad Theodosiopolin iter est tridui, ad irruptionem faciendam se comparabant. Ac tum quidem Armeniae Dux erat Dorotheus, intelligens vir, et multorum bellorum usu peritus. Sittas vero Magister militum in praesenti ac simul per Armeniam. Hi cum exercitum in Persarmenia confici audiissent, statim Praetorianos binos eo miserunt, ut explorate renuntiarent quid virium haberet hostis. Iamque in castra Barbarorum illapsi ambo, diligenter inspectis omnibus revertebantur, et regionis illius locum nescio quem petebant, cum improvide in Hunnos inciderunt. Vivus eorum alter, Daga-

μέν, Δάγαρις ὄνομα, δεθεὶς ἐζωγρήθη, ὁ δὲ δὴ ἄλλος φυγεῖν τε C
ἴσχυσε καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸν πάντα λόγον ἀπήγγειλεν. οἱ δὲ
ἅπαν τὸ στράτευμα ἐξοπλίσαντες τῶν πολεμίων τῷ στρατοπέδῳ
ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἐπέστησαν. οἵ τε βάρβαροι τῷ ἀπροσδοκήτῳ
καταπλαγέντες οὐκέτι ἐς ἀλκὴν ἔβλεπον, ἀλλ' ἔφευγον ὡς ἕκαστός
πη ἐδύνατο. ἐνταῦθα Ῥωμαῖοι κτείναντές τε συχνοὺς καὶ τὸ
στρατόπεδον ληισάμενοι αὐτίκα δὴ ὀπίσω ἀπήλαυνον.

Μερμερόης τε ξύμπασαν ἀγείρας τὴν στρατιὰν οὐ πολλῷ
ὕστερον ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐσέβαλλε, καὶ καταλαμβάνουσι
τοὺς πολεμίους ἀμφὶ Σάταλαν πόλιν. οὗ δὴ ἐνστρατοπεδευσά- D
μενοι ἐν χωρίῳ Ὀκτάβῃ ἡσύχαζον, ὅπερ τῆς πόλεως ἓξ τε καὶ
πεντήκοντα σταδίους ἀπέχει. Σίττας μὲν οὖν χιλίους ἐπαγόμε-
νος ὄπισθεν τῶν τινος λόφων ἐκρύπτετο, οἷοι πολλοὶ Σάταλαν V 252 H 24
τὴν πόλιν ἐν πεδίῳ κειμένην κυκλοῦσι. Δωρόθεον δὲ ξὺν τῷ
ἄλλῳ στρατῷ ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐκέλευε μένειν, ἐπεὶ ἐν τῷ
ὁμαλῷ τοὺς πολεμίους ὑφίστασθαι οἷοί τε εἶναι οὐδαμῇ ᾤοντο,
οὐχ ἧσσον ἢ τρισμυρίους ὄντας, αὐτοὶ μόλις ἐς τὸ ἥμισυ ἐξι-
κνούμενοι. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ οἱ βάρβαροι ἄγχιστα τοῦ περι-
βόλου γενόμενοι κύκλωσιν αὐτοῦ ποιεῖσθαί τινα ἐν σπουδῇ εἶχον. P 44
ἄφνω δὲ κατιδόντες τοὺς ἀμφὶ Σίτταν ἐξ ὑψηλοῦ ἤδη ἐπ' αὐτοὺς
καταβαίνοντας, καὶ αὐτῶν ξυμμετρεῖσθαι τὸ πλῆθος ἥκιστα ἔχον-
τες, ἅτε κονιορτοῦ ὥρᾳ θέρους πολλοῦ ἐγκειμένου, πολλῷ τε
πλείους ᾤοντο εἶναι καὶ τῆς κυκλώσεως κατὰ τάχος ἀφέμενοι ἐς

8. ἀγείρας] ἐγείρας L. 17. ἧσσον] ἥσσους Hm. Sic p. 72, 8.

ris nomine, captus vinctusque est: alter elapsus, quae viderat, Ducibus plane edidit. Illi imperatis militi armis derepente in castra hostium convolant. Attonitis inopinato impetu Barbaris non iam ad vim, sed ad fugam animus: eam pro se quisque capessere: Romani passim caede metere fugientes. Castris demum direptis, reditum maturarunt.

Nec multo post Mermeroes ubi copias omnes collegisset, eas in agrum Rom. induxit et circa urbem Satalam offendit hostes, stativa tunc habentes Octavae, quae stadiis ab urbe LVI. distat. Hic viros mille secum assumit Sittas, et post collem, e multis unum, qui Satalam in planitie sitam ambiunt, delitescit, Dorotheo cum reliquis copiis intra moenia manere iusso. Cum enim Romani vix mediam aequarent numero partem hostium, qui non pauciores erant XXX. M. non videbantur eorum impressionem excipere in campo ac sustinere posse. Postero die, dum Barbari muris admoti urbem corona cingere intendunt, apparet ex insperato Sittas, recta ad ipsos de collis vertice cum agmine suo descendens. Et quoniam prae aestivi pulveris vi commetiri id visu minime poterant, multo numerosius rebantur esse. Quare omisso cingendae urbis consilio,

ὀλίγον τινὰ χῶρον αὐτοὺς ξυναγαγεῖν ἠπείγοντο. φθάσαντες δὲ
Ῥωμαῖοι καὶ διελόντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς ξυμμορίας δύο ἀναχωροῦ-
σιν ἐκ τοῦ περιβόλου ἐπέθεντο, ὅπερ ἐπειδὴ ἅπας εἶδεν ὁ Ῥω-
μαίων στρατὸς, ἐθάρσησάν τε καὶ δρόμῳ πολλῷ ἐκ τοῦ περιβό-
λου ξυρρέοντες ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐχώρησαν. μέσους δὲ αὐτοὺς
B καταστησάμενοι εἰς φυγὴν ἔτρεψαν. πλήθει μέντοι, ὥσπερ ἐρ-
ρήθη, τῶν πολεμίων οἱ βάρβαροι ὑπεραίροντες ἔτι ἀντεῖχον, ἥ
τε μάχη καρτερὰ ἐγεγόνει καὶ ἐκ χειρὸς ἦν. ἀγχιστρόφους δὲ τὰς
διώξεις ἐποιοῦντο εἰς ἀλλήλους ἑκάτεροι, ἐπεὶ ἱππεῖς ἅπαντες
ἦσαν. ἐνταῦθα Φλωρέντιος Θρᾷξ, καταλόγου ἱππικοῦ ἄρχων,
εἰς μέσους ὁρμήσας τοὺς πολεμίους καὶ αὐτῶν τὸ στρατηγικὸν ση-
μεῖον ἁρπάσας, ἐπικλίνας τε αὐτὸ ὡς μάλιστα, ὀπίσω ἀπήλαυ-
νεν. καὶ αὐτὸς μὲν καταληφθείς τε καὶ κρεουργηθεὶς αὐτοῦ ἔπε-
σε, τῆς δὲ νίκης Ῥωμαίοις αἰτιώτατος γέγονεν. ἐπεὶ γὰρ τὸ ση-
μεῖον οἱ βάρβαροι οὐκέτι ἑώρων, ἐς ἀκοσμίαν τε πολλὴν καὶ ὀρ-
ρωδίαν ἐμπεπτωκότες ὑπεχώρησάν τε καὶ γενόμενοι ἐν τῷ στρατο-
C πέδῳ ἡσύχαζον, πολλοὺς ἐν τῇ μάχῃ ἀποβαλόντες. τῇ τε ὑστε-
ραίᾳ ἐπ' οἴκου ἅπαντες ἀνεχώρησαν οὐδενὸς σφίσιν ἐπισπομένου,
ἐπεὶ μέγα τε καὶ λόγου πολλοῦ ἄξιον ἐφαίνετο εἶναι τῷ Ῥωμαίων
στρατῷ βαρβάρους τοσούτους τὸ πλῆθος ἔν τε τῇ σφετέρᾳ χώρᾳ
ἐκεῖνα πεπονθέναι ἅπερ μοι ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ ἐς τὴν
πολεμίαν ἐμβεβληκότας, ἀπράκτους τε καὶ οὕτω πρὸς τῶν ἐλασ-
σόνων ἡσσημένους ἀπαλλαγῆναι.

6. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P.

In arctum sese cogere properarunt. Praevertunt Romani, ac divisi bifariam, illos a muro se referentes adoriuntur. Quo viso erecti caeteri effudere se portis, interceptumque hostem in fugam verterunt; ita tamen, ut subinde resisteret, quippe numero longe superior, ut dicebam. Acris erat dimicatio, et res manu gerebatur, cumque omnes ex equis pugnarent, incursu celeri ac recursu sese invicem lacessebant. Tunc in medios hostes invectus Florentius Thrax turmae equestris ductor vexillum Praetorium rapuit, eoque ad solum inclinato cum ad suos rediret, comprehensus et in frusta concisus occidit. Ab ipso maxime nata est Romanis victoria. Si quidem Barbari, sublato ex oculis vexillo, misere turbati sunt, et terrore concitati cessere retro: demum in castra se collegerunt, multis pugnando amissis. Postridie patriam repetierunt, neque illos quisquam insecutus est. Quod enim tanto numero Barbari eam, quam paulo supra memoravimus, cladem in regno suo accepissent, et nunc in hostile ingressi lusissent operam, atque a paucioribus fusi profligatique abscessissent; id vero Romanus exercitus magnum et illustre esse existimabat.

Τότε καὶ Περσῶν χωρία ἐν Περσαρμενίοις Ῥωμαῖοι ἔσχον φρούριόν τε τὸ Βῶλον καὶ τὸ Φαράγγιον καλούμενον, ὅθεν δὴ τὸν χρυσὸν Πέρσαι ὀρύσσοντες βασιλεῖ φέρουσιν. ἐτύγχανον δὲ καὶ ὀλίγῳ πρότερον καταστρεψάμενοι τὸ Τζανικὸν ἔθνος, οἳ ἐν γῇ τῇ Ῥωμαίων αὐτόνομοι ἐκ παλαιοῦ ἵδρυντο· ὅπερ αὐτίκα ὅντινα ἐπράχθη τρόπον λελέξεται. ἐκ τῶν Ἀρμενίας χωρίων ἐς D Περσαρμενίαν ἰόντι ἐν δεξιᾷ μὲν ὁ Ταῦρός ἐστιν, ἔς τε Ἰβηρίαν καὶ τὰ ἐκείνῃ ἔθνη διήκων, ὥσπερ μοι ὀλίγῳ ἔμπροσθεν εἴρηται, ἐν ἀριστερᾷ δὲ κατάντης μὲν ἐπὶ πλεῖστον προϊοῦσα ἡ ὁδὸς γίνεται, καὶ ὄρη ἀποκρέμαται λίαν ἀπότομα νεφέλαις τε καὶ χιόσι κεκαλυμμένα τὸν πάντα αἰῶνα. ἔνθεν ἐξιὼν ποταμὸς Φᾶσις φέρεται εἰς γῆν τὴν Κολχίδα. ταύτῃ τὸ ἐξ ἀρχῆς βάρβαροι, τὸ Τζανικὸν ἔθνος, οὐδενὸς κατήκοοι ᾤκηντο, Σάνοι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις καλούμενοι, λῃστείαις μὲν χρώμενοι ἐς τοὺς περιοίκους Ῥωμαίους, δίαιταν δὲ σκληρὰν ὑπερφυῶς ἔχοντες καὶ τοῖς φωρίοις ἀεὶ ἀποζῶντες. οὐ γάρ τι εἰς βρῶσιν αὐτοῖς ἀγαθὸν ἡ γῆ ἔφερε· διὸ δὴ αὐτοῖς χρυσίον τακτὸν ἀνὰ πᾶν ἔτος ὁ Ῥωμαίων P 45 βασιλεὺς ἔπεμπεν, ἐφ' ᾧ δὴ μήποτε λῃίσονται τὰ ἐκείνῃ χωρία. οἱ δὲ καὶ ὅρκους τοὺς σφίσι πατρίους ὑπὲρ τούτων ὀμνύντες καὶ τὰ ὀμωμοσμένα ἐν ἀλογίᾳ ποιούμενοι ἀπροσδόκητοί τε ἐμπίπτοντες ἐκ τῶν ἐπὶ πλεῖστον ἐκακούργουν οὐκ Ἀρμενίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς αὐτῶν ἐχομένους Ῥωμαίους μέχρι ἐς θάλασσαν, δι' ὀλίγου

4. Τζανικὸν] τεανικὸν A. Zanicam RV, et infra. 6. τρόπον] Legebatur λόγον. 8. ἐκείνῃ ἔθνη] Legebatur ἔθνη ἐκείνῃ. ἔθνη ἐκείνης L. 9. προϊοῦσα] Legebatur ἂν προϊοῦσα. Quo fortasse ἀνιοῦσα indicatum fuit. 11. Φᾶσις] Φάσις P. 13. Σάνοι] Sani RV. 18. λῃίσονται] λῃΐσωνται L. 19. τοὺς om. L.

Quo etiam tempore Romani loca ditionis Persicae obtinuerunt in Persarmenia, Bolum castellum et Pharangium, ut appellant: ubi sunt auri fodinae Regis Persarum. Aliquanto ante subacti fuerant Tzani, veteres ac liberi incolae regionis, quae Romani Imperii finibus comprehenditur. Mox uti res gesta sit dicam. Ex Armenia in Persarmeniam eunti ad dextram est mons Taurus, qui, ut paulo supra descripsimus, ad Iberes usque et vicinas gentes evadit: ad laevam, iter in declivi longissimum, et montes praeruptissimi; qui nubibus ac nive perenni tecti impendent, unde et scatens fluvius Phasis in Colchidem fertur. Hic sedes ab omni vetustate habuerant, nec parebant cuiquam Tzani (olim Sani dicebantur) gens barbara, circumpositos Romanos infestare solita latrociniis et asperrimo durata victu. Et quoniam illos parum alebat malignum solum, rapto semper vivebant. Quare Romanus Imperator certum auri modum ipsis ea lege quotannis mittebat, ut vim ab circumiectis locis abstinerent. Verum illi neglectis, quibus fidem obstrinxerant, iuramentis patriis, iamdiu non in Armenios modo, sed in Romanos etiam accolas adusque Pontum infestissime gras-

δὲ τὴν ἔφοδον πεποιημένοι, εὐθὺς ἐπ' οἴκου ἀπεκομίζοντο. καὶ Ῥωμαίων ἴσως ἐντυχόντες στρατῷ ἡσσῶντο μὲν τῇ μάχῃ, ἁλώσιμοι δὲ παντάπασιν οὐκ ἐγίνοντο χωρίων ἰσχύϊ. μάχῃ τοίνυν ὁ Σίττας αὐτοὺς πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου νικήσας, ἐπαγωγά τε πολλὰ
B εἰς αὐτοὺς εἰπών τε καὶ πράξας, προσποιήσασθαι παντελῶς ἴσχυ-
V 253 σε. τήν τε γὰρ δίαιταν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μεταβαλόντες ἐς καταλόγους αὐτοὺς Ῥωμαϊκοὺς ἐπεγράψαντο καὶ τὸ λοιπὸν ξὺν τῷ ἄλλῳ Ῥωμαίων στρατῷ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξίασι. τὴν δὲ δόξαν
H 25 ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον μετέθεντο, ἅπαντες Χριστιανοὶ γεγενημένοι. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τοῖς Τζανοῖς ταύτῃ πῃ ἔσχεν.

Ὑπερβάντι δὲ τὰ αὐτῶν ὅρια φάραγξ ἐστὶ βαθεῖά τε καὶ λίαν κρημνώδης μέχρι ἐς τὰ Καυκάσια ὄρη διήκουσα. ἐνταῦθα χωρία τε πολυάνθρωπά ἐστι καὶ ἄμπελός τε καὶ ἄλλη ὀπώρα διαρκῶς φύεται. καὶ μέχρι μὲν ἐς τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν μάλιστα
C Ῥωμαίοις ἡ φάραγξ αὕτη ὑποτελὴς τυγχάνει οὖσα, τὸ δὲ ἐνθένδε οἱ Περσαρμενίων ὅροι ἐκδέχονται, οὗ δὴ καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ μέταλλόν ἐστιν, ὅπερ Καβάδου δόντος ἐπετρόπευε τῶν τις ἐπιχωρίων Συμεώνης ὄνομα. οὗτος ὁ Συμεώνης ἐπειδὴ ἀμφοτέρους ἐς τὸν πόλεμον ἀκμάζοντας εἶδε, Καβάδην τῆς τῶν χρημάτων προσόδου ἀποστερεῖν ἔγνω. διὸ δὴ αὐτόν τε καὶ τὸ Φαράγγιον Ῥωμαίοις ἐνδοὺς οὐδετέροις τὸν ἐκ τοῦ μετάλλου χρυσὸν ἀποφέρειν ἠξίου. Ῥωμαῖοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἔπραττον, ἀποχρῆν σφίσιν ἡγούμενοι ἀπολωλέναι τοῖς πολεμίοις τὴν ἐνθένδε φοράν, Πέρσαι δὲ

1. οἴκου] οἴκους L.

sabantur, raptimque facta populatione, domum revolabant. Si quando in Rom. exercitum forte inciderent, fundebantur ilicet; omnino tamen ne delerentur obstabat inexpugnabilis locorum situs. Hos Barbaros cum ante bellum istud Sittas praelio vicisset, tandem humanitatis illecebris, quam et verbis et re testatus prolixe est, ipsos perdomuit ac subegit. Nam ad mitiorem vitae cultum traducti, nomina sua in Rom. numeros retulerunt, ac iam inde usque eos in expeditiones sequuntur. Cum feritate impietatem etiam exuerunt et Christianam omnes religionem amplexi sunt. Hactenus de Tzanis.

Transitis eorum finibus, venitur in vallem altam admodum et praecipitiis asperam, quae ad montes usque Caucasios pertinet. Hic oppida sunt frequentia incolis: vitifera tellus, fructus autumnales cuiusque generis benigne sufficit. Tridui iter habet ea vallis pars, quae paret Romanis: alteram excipiunt Persarmeniae fines; ubi et auri fodinae sunt, quibus concessu Cabadis praeerat oriundus indidem Symeones. Is ubi Romanos inter ac Persas bellum exarsisse vidit, apud se statuit proventu auri Cabadem intervertere. Itaque et se ipse Romanis et Pharangium dedidit, hac arte id consecutus, ut effossum aurum impune retineret. Nam nec Romani exigebant, contenti nihil inde ad hostem redire: nec

οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀκόντων Ῥωμαίων τοὺς ταύτῃ ᾠκημένους ἀντιστατούσης τῆς δυσχωρίας βιάζεσθαι.

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ναρσῆς τε καὶ Ἀράτιος, οἳ D
Βελισαρίῳ τε καὶ Σίττᾳ ἐν Περσαρμενίων τῇ χώρᾳ κατ' ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου εἰς χεῖρας ἦλθον, ὥσπερ ἔμπροσθέν μοι δεδήλωται, σὺν τῇ μητρὶ αὐτόμολοι ἐς Ῥωμαίους ἧκον, καὶ αὐτοὺς Ναρσῆς ὁ βασιλέως ταμίας ἐδέξατο — Περσαρμένιος γὰρ καὶ αὐτὸς γένος ἐτύγχανε — χρήμασί τε αὐτοὺς δωρεῖται μεγάλοις. ὅπερ ἐπειδὴ Ἰσάκης, ὁ νεώτατος αὐτῶν ἀδελφὸς, ἔμαθε, Ῥωμαίοις λάθρα εἰς λόγους ἐλθὼν Βῶλον αὐτοῖς τὸ φρούριον, ἄγχιστά πῃ ὂν τῶν Θεοδοσιουπόλεως ὁρίων, παρέδωκε. στρατιώτας γὰρ ἐγγύς πῃ ἐπέστελλε κρύπτεσθαι, οὓς δὴ τῷ φρουρίῳ νύκτωρ ἐδέξατο, μίαν αὐτοῖς λάθρα ἀνακλίνας πυλίδα· οὕτω τε καὶ αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἦλθεν.

ιϛ'. Οὕτω μὲν Ῥωμαίοις τὰ πράγματα εἶχε. Πέρσαι δὲ P 46
πρὸς Βελισαρίου ἐν Δάρας ἡσσημένοι τῇ μάχῃ οὐδ' ὣς ἐνθένδε ἀναχωρεῖν ἔγνωσαν, ἕως Ῥουφῖνος, ἐπεὶ ἐς ὄψιν τὴν Καβάδου ἦλθεν, ἔλεξεν ὧδε „Ἔπεμψέ με, ὦ βασιλεῦ, ὁ σὸς ἀδελφὸς μέμψιν δικαίαν τυγχάνουσαν μεμφόμενος, ὅτι δὴ Πέρσαι ἀπὸ οὐδεμιᾶς αἰτίας εἰς γῆν τὴν αὐτοῦ ἐν ὅπλοις ἦλθον. καίτοι βασιλεῖ μεγάλῳ τε καὶ ἐς τοσοῦτον ξυνέσεως ἥκοντι ἐκ πολέμου εἰρήνην πρυτανεῦσαι μᾶλλον ἂν πρέποι ἢ τῶν πραγμάτων εὖ καθεστώτων ταραχὴν οὐ δέον αὐτῷ τε καὶ τοῖς πέλας προστρίβεσθαι. οἷς δὴ B

11. Θεοδοσίου πόλεως divisim P hic et alibi.

Persae Romanis invitis poterant in incolas vim ob locorum asperitatem suscipere.

Sub idem tempus Narses atque Aratius, qui belli huius initio cum Belisario et Sitta (quod iam ante narravi) in Persarmenia dimicaverant, ultro cum matre ad Romanos transfugerunt. Eos Narses, Imperatoriae gazae Praefectus, natione et ipse Persarmenus, excepit ac magna pecunia donavit. Quod ubi audiit eorum frater natu minimus Isaces, cum Romanis clanculum collocutus, Bolum castellum agro Theodosiopolitano finitimum ipsis tradidit, admissis noctu porta clam aperta militibus, qui se prope abdiderant, ex ipsius praescripto. Tum ipse quoque Byzantium venit.

16. Romanis quidem res ista cesserat: Persae vero quamvis a Belisario victi acie fuissent ad Daram, tamen inde abire noluerunt, donec Rufinus Cabadem adiit: ad cuius conspectum admissus, in hunc modum verba fecit. ***A fratre huc tuo missus, o Rex, ipsius querelas ad te defero sane iustas. Nimirum armis infesti Persae irruperunt in eius regnum, quamvis nulla iniuria provocati. At magnum certe Regem tantaque sapientia praeditum magis decet bellum pace componere quam bello miscere pacem, et se ac vicinos, quando res in tranquillo sedent, discordia indi-***

καὶ αὐτὸς εὔελπις ὢν ἐνθάδε ἀφῖγμαι, ὅπως τὸ λοιπὸν ἀμφοτέροις τὰ ἐκ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ εἴη." Ῥουφῖνος μέντοι τοσαῦτα εἶπε. Καβάδης δὲ ἀμείβεται ὧδε „Ὦ παῖ Σιλβανοῦ, μηδαμῶς ἀντιστρέφειν τὰς αἰτίας πειρῶ, πάντων ἐξεπιστάμενος μάλιστα ταραχῆς ἁπάσης αἰτιωτάτους γεγονέναι τοὺς Ῥωμαίους ὑμᾶς. πύλας γὰρ τὰς Κασπίας ἡμεῖς ἔσχομεν ἐπὶ τῷ Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων ἀγαθῷ βιασάμενοι τοὺς ἐκείνῃ βαρβάρους, ἐπεὶ Ἀναστάσιος ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ, ὥς που καὶ αὐτὸς οἶσθα, παρὸν αὐτὰς χρήμασιν ὠνεῖσθαι, οὐκ ἤθελεν, ὅπως μὴ στράτευμα ἐς πάντα τὸν αἰῶνα ἐνταῦθα ἔχων χρήματα μεγάλα ὑπὲρ ἀμφοτέ-
C ρων προΐεσθαι ἀναγκάζηται. ἐξ ἐκείνου τε ἡμεῖς στρατιὰν τοσαύτην τὸ πλῆθος ἐνταῦθα καταστησάμενοι καὶ ἐς τὸν παρόντα χρόνον ἐκτρέφοντες δεδώκαμεν ὑμῖν τό γε κατὰ τοὺς ἐκείνῃ βαρβάρους μέρος ἀδῄωτον τὴν χώραν οἰκεῖν, ξὺν πολλῇ ἀπραγμοσύνῃ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἔχουσιν. ὥσπερ δὲ οὐχ ἱκανὸν ὑμῖν τοῦ-
V 254 τό γε, καὶ πόλιν μεγάλην Δάρας ἐπιτείχισμα Πέρσαις πεποίησθε, καίπερ διαρρήδην ἐν ταῖς σπονδαῖς ἀπειρημένον, ἅσπερ Ἀνατόλιος πρὸς Πέρσας ἔθετο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ δυοῖν στρατοπέδοιν
D ἀνάγκῃ πόνοις τε καὶ δαπάνῃ κεκακῶσθαι τὰ Περσῶν πράγματα, τὸ μὲν, ὅπως μὴ Μασσαγέται τὴν ἀμφοτέρων γῆν ἄγειν τε καὶ φέρειν ἀδεῶς δύνωνται, τὸ δὲ, ὅπως ἂν τὰς ὑμετέρας ἐπιδρομὰς ἀναστέλλοιμεν. ὑπὲρ ὧν ἔναγχος μεμφομένων ἡμῶν, δυοῖν τε τὸ ἕτερον ἀξιούντων παρ' ὑμῶν γίνεσθαι, ἢ ἐξ ἀμ-

23. δυοῖν] δυεῖν P.

gna turbare. Me vero non sine spe bona huc perduxit consilium pacis, ut eius bonis utrumque Imperium fortunetur. Haec Rufinus: cui sic contra Cabades. *Ego vero, fili Silvani, ad regerendas querelas nullam adhibeo animi contentionem, quippe qui sciam omnium optime vos Romanos quidquid turbarum fuit maxime excitasse. Nos Portas Caspias in Romanorum aeque ac Persarum commodum occupavimus, exactis inde barbaris, posteaquam, ut ipse scis, Anastasius Rom. Imperator eas emere cum posset, noluit, ne in stipendium assidui illic militis magnos sumptus rei causa communis facere cogeretur. Nos ibi praesidium imposuimus numerosissimum: nos ad hanc diem aluimus: nos vobis de re vestra parum sollicitis id beneficium praestitimus, ut saltem a Barbaris, qui illic degunt, intactam hactenus regionem incolueritis. Vos autem, quasi levius esset istud, Daram urbem magnam ad oppugnandos Persas extruxistis; contra quam diserte cautum est instrumento pacis ab Anatolio cum illis compositae. Atque ex eo tempore necesse fuit rem Persicam non solum praeliis, verum etiam sumptu minui in duos exercitus facto: quorum alterum obiecimus Massagetis, ne in utroque regno raperent impune ac ferrent omnia; alterum vobis, quo excursiones vestras cohiberemus. Ac de his non ita pridem expostulantes, cum a vobis peteremus alterutrum; aut ut miles utrinque*

φοτέρων τὸν ἐς πύλας τὰς Κασπίας στρατὸν στέλλεσθαι, ἢ
πόλιν Δάρας καταλύεσθαι, τῶν μὲν λεγομένων τὴν μάθησιν
οὐ προσίεσθε, κακῷ δὲ μείζονι κρατύνεσθαι τὴν ἐς Πέρσας
ἐπιβουλὴν ἔγνωτε, εἴ τι μεμνήμεθα τῆς ἐν Μίνδονος οἰκοδο-
μίας· καὶ νῦν δὲ Ῥωμαίοις ἑλετὰ μὲν τὰ τῆς εἰρήνης, αἱρετὰ P 47
δὲ τὰ ὅπλα, ἢ τὰ δίκαια πρὸς ἡμᾶς τιθεμένοις, ἢ ἀπ' ἐναν-
τίας αὐτῶν ἰοῦσιν. οὐ γὰρ τὰ ὅπλα καταθήσουσι πρότερον Πέρ-
σαι, πρὶν δὴ αὐτοῖς Ῥωμαῖοι ἢ τὰς πύλας δικαίως τε καὶ ὀρθῶς
ξυμφυλάξωσιν, ἢ πόλιν Δάρας καταλύσωσι." τοσαῦτα Κα- H 26
βάδης εἰπὼν τὸν πρεσβευτὴν ἀπεπέμψατο, παραδηλώσας ὡς
οἱ βουλομένῳ εἴη χρήματά τε πρὸς Ῥωμαίων λαβεῖν καὶ τὰς τοῦ
πολέμου καταλύειν αἰτίας. ἅπερ Ῥουφῖνος ἐς Βυζάντιον ἥκων
βασιλεῖ ἤγγειλεν. οὗ δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Ἑρμογένης ἀφί-
κετο, καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ τέταρτον ἔτος ἐτελεύτα Ἰουστινια-
νῷ βασιλεῖ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντι.

ιζ. Ἅμα δὲ ἦρι ἀρχομένῳ στράτευμα Περσῶν Ἀζαρέθου B
ἡγουμένου ἐσέβαλεν ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν. ἦσαν δὲ πεντακισχί-
λιοί τε καὶ μύριοι, ἱππεῖς ἅπαντες. καὶ αὐτοῖς Ἀλαμούνδαρος ὁ
Σακκίνης ξυνῆν πάμπολύν τινα ὅμιλον Σαρακηνῶν ἔχων. αὕτη
τε Πέρσαις ἡ ἐσβολὴ οὐ καθάπερ εἰώθεν ἐγένετο· οὐ γὰρ ἐς τὴν
Μεσοποταμίαν ἐσέβαλλον, ὥσπερ τὰ πρότερα, ἀλλ' ἐς τὴν πά-
λαι μὲν Κομμαγηνήν, τανῦν δὲ καλουμένην Εὐφρατησίαν, ὅθεν

3. προσίεσθε L. προσίεσθαι P. 4. ἐν excidit in P. *ibid.* Μίνδονος] μίνδουος A. *ad Mirduum aedificii* RV. Conf. p. 35 b. 18. Ἀλαμούνδαρος Σακκίνης] *Alamandarus Saracenus* RV. 20. εἰώθεν] εἰώθει L. 22. Κομαγηνήν] Κομμαγηνὴν P.

mitteretur ad Portas Caspias, aut ut Dara dirueretur; vos dicta respuentes, consilium perdendi Persas maiori firmare iniuria voluistis. Enimvero nondum animo excidit castelli Mindonensis aedificatio. At nunc Romani pacem accipere possunt, vel bellum eligere: illam quidem, si modo praestent quod aequum est: hoc vero, si secus agant. Nam arma Persae non prius ponent, quam cum ipsis, ut par est, Romani coierint ad Portarum Caspiarum custodiam, vel urbem Daram everterint. Ita locutus Cabades, Legatum remisit, cum obscure significasset velle se accipere a Romanis pecuniam, atque ita belli causas rescindere. Haec Rufinus Byzantium reversus Imperatori retulit: eodem etiam non multo post venit Hermogenes. Abit hyems, et annus imperii Iustiniani quartus absolvitur.

17. Primo vere in fines Romanorum irrupit duce Azarethe Persarum exercitus. Erant numero xv. m. et quidem equites omnes: seque illis adiunxerat Alamundarus Saccines cum magna Saracenorum manu. Ea demum irruptio hoc habuit novi, ut non in Mesopotamiam pro more pristino facta fuerit; sed in Comagenen (sic appellabant veteres, quae vocatur hodie Euphratesia) unde numquam, quod equidem sciamus,

δὴ οὐ πώποτε Πέρσαι πρότερον, ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι, ἐπὶ Ῥωμαίους ἐστράτευσαν. ὅτου δὲ ἕνεκα Μεσοποταμία τε ἡ χώρα ἐκλήθη καὶ οἱ Πέρσαι τῆς ἐς ταύτην ἐφόδου ἀπέσχοντο ἐρῶν ἔρχομαι.

C *Ὄρος οὐ λίαν ἀπότομον ἐν Ἀρμενίοις ἐστὶ, Θεοδοσιουπόλεως μὲν δύο καὶ τεσσαράκοντα διέχον σταδίοις, τετραμμένον δὲ αὐτῆς πρὸς βορρᾶν ἄνεμον. καὶ πηγαὶ δύο ἐνθένδε ἐξίασι, ποταμοὺς δύο ποιοῦσαι αὐτίκα, Εὐφράτην μὲν ἡ ἐν δεξιᾷ, ἡ δὲ δὴ ἑτέρα Τίγριν ὄνομα. τούτοιν ἅτερος μὲν, ὁ Τίγρις, οὔτε περιόδοις τισὶ χρώμενος οὔτε ὑδάτων ὅτι μὴ ὀλίγων οἱ ἐπιγινομένων, εὐθὺ Ἀμίδης πόλεως κάτεισι. καὶ αὐτῆς ἐς τὰ πρὸς βορρᾶν ἄνεμον προϊὼν χωρεῖ ἐς τῶν Ἀσσυρίων τὴν χώραν. ὁ δὲ δὴ Εὐφράτης φέρεται μὲν κατ' ἀρχὰς ἐπί τινα χῶρον ὀλίγον, εὐθὺς δὲ προϊὼν ἀφανίζεται, οὐχ ὑπόγειος μέντοι γινόμενος, ἀλλά τί* P 48 *οἱ ξυμβαῖνον θαυμάσιον οἷον. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὕδατος τέλμα ἐπὶ πλεῖστον βαθὺ γίνεται, μῆκος μὲν ὅσον ἐπὶ σταδίους πεντήκοντα, εὖρος δὲ εἴκοσι. καὶ καλάμων φύεται πολύ τι χρῆμα ἐν τῷ πηλῷ τούτῳ. ἐς τόσον δὲ σκληρός τις ὁ χοῦς ἐνταῦθά ἐστιν ὥστε τοῖς ἐντυγχάνουσιν οὐδὲν ἄλλο δοκεῖν ἢ ἤπειρον εἶναι. ἐπ' αὐτῷ τοίνυν ξυμβαίνει οὐδὲν δεδιότας πεζούς τε καὶ ἱππέας πορεύεσθαι. καὶ μὴν καὶ ἅμαξαι παρίασιν ἐνθένδε πολλαὶ ἡμέρᾳ ἑκάστῃ, ἀλλ' οὐδὲν τὸ παράπαν ἰσχύουσι κινεῖν τι ἢ ἐξελέγχειν τοῦ τέλματος. καίουσι δὲ τοὺς καλάμους οἱ ἐπιχώριοι ἀνὰ πᾶν ἔτος, τοῦ*

9. *Τίγριν — Τίγρις*] *τίγρην — τίγρης* A. 22. *ἐξελέγχειν*] *ἐξελκύειν* Pm.

Persicae copiae Romanos invaserant. Ego vero et originem nominis Mesopotamiae, et causam cur in eam regionem se eiicere Persae noluerint, iam aggredior explicare.

Est mons in Armenia non admodum praeceps, stadiis XLII. Theodosiopoli dissitus illique obversus a Septentrione. Ex eo fontes nascuntur duo, qui illico totidem efficiunt flumina; is nempe qui dextra oritur, Euphratem; alter Tigrin. Ac Tigris quidem non flexuose, sed recta, et parum aquae externae colligens, Amidam versus descendit, ac profluens ad latus urbis huius Aquilonare, devolvitur in Assyriam. Euphrates cursum incipit per angusta spatia: unde simul ac prorupit, subducit se oculis, non per alveum subterraneum, at mirabili quodam casu. Etenim super aqua limus altissimus coiit, seque ita effudit, ut stadia L. in longitudinem, XX. in latitudinem pateat. Atque hic limus arundinum est admodum ferax, adeoque durus, ut accedentibus obiiciat speciem continentis, et transitum securum praebeat equitibus pariter ac peditibus. Quin etiam plaustra magno illac numero aguntur quotidie; nec tamen fieri labes ulla, nec quid subsit deprehendi potest. Cum autem indigenae so-

μὴ τὰς ὁδοὺς πρὸς αὐτῶν εἴργεσθαι, καί ποτε πνεύματος ἐνταῦθα ἐξαισίου ἐπιπεσόντος μέχρι ἐς τὰ τῶν ῥιζῶν ἔσχατα τὸ πῦρ V 255 B ἐξικνεῖσθαι τετύχηκε, καὶ τὸ ὕδωρ ἐν χωρίῳ ὀλίγῳ φανῆναι. χρόνου δὲ ὁ χοῦς αὖθις οὐ πολλοῦ ξυμφυεὶς ἀπέδωκε τῷ χωρίῳ τὸ σχῆμα, ἐφ' οὗπερ τὸ πρότερον ἦν. ἐνθένδε τε ὁ ποταμὸς πρόεισιν ἐς τὴν Ἐκελεσηνὴν καλουμένην χώραν, οὗ δὴ τὸ ἐν Ταύροις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἦν, ἔνθεν λέγουσι τὴν Ἀγαμέμνονος Ἰφιγένειαν ξύν τε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ φυγεῖν τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα φέρουσαν. ὁ γὰρ ἄλλος νεὼς, ὃς δὴ καὶ ἐς ἐμὲ ἔστιν ἐν πόλει Κομάνῃ, οὐχ ὁ ἐν Ταύροις ἐστίν. ἀλλ' ὅπως ἐγένετο, ἐγὼ δηλώσω.

Ἐπειδὴ ἐκ Ταύρων Ὀρέστης ξὺν τῇ ἀδελφῇ ἀπιὼν ᾤχετο, C ξυνέπεσεν αὐτῷ νοσῆσαι τὸ σῶμα. καὶ ἀμφὶ τῇ νόσῳ πυνθανομένῳ χρῆσαι τὸ μαντεῖόν φασιν οὐ πρότερον λωφήσειν αὐτῷ τὸ κακὸν, πρὶν τῇ Ἀρτέμιδι ναὸν δείμασθαι ἐν χώρῳ τοιούτῳ, οἷον δὴ τὸν ἐν Ταύροις ξυμβαίνει εἶναι, ἐνταῦθά τε ἀποκείρασθαι τὴν αὑτοῦ κόμην καὶ αὐτῇ ὁμωνύμως καλέσαι τὴν πόλιν. διὸ δὴ Ὀρέστην περιιόντα τὰ ἐκείνῃ χωρία ἐν Πόντῳ γενέσθαι, κατιδεῖν τε ὄρος, ὃ δὴ ἐνταῦθα ἀπότομον ἀπεκρέματο, ἔρρει τε ἔνερθε παρὰ τὰς τοῦ ὄρους ἐσχατιὰς ποταμὸς Ἶρις. ὑποτοπήσαντα οὖν τὸν Ὀρέστην τότε τοῦτόν οἱ τὸν χῶρον δηλοῦν τὸ μαντεῖον πόλιν D τε ἐνταῦθα λόγου ἀξίαν καὶ τὸν τῆς Ἀρτέμιδος νεὼν δείμασθαι, τήν τε κόμην ἀποθριξάμενον ὁμωνύμως αὐτῇ καλέσαι τὴν πόλιν,

6. Ἐκελεσηνὴν] Ἀκιλισήνην Pm. Edessenam RV. 12. ἀπιὼν] ἐπιὼν A. 17. αὑτοῦ] αὐτοῦ P.

Ibant quotannis incendio arundinetum vastare, ne vias calami intercludant; contigit aliquando, id dum fit, ut ventus incumberet violentior, quo actus ignis ad radices imas pervasit: tum demum aqua per hiatum exiguum apparuit: sed coalescens iterum limus, brevi tempore pristinam reddidit loco faciem. Inde labitur Euphrates in Acilisenen, ubi Dianae Tauricae fanum erat, ex quo cum Oreste ac Pylade aufugisse dicitur Iphigenia, simulacrum Dianae ferens. Templum enim, quod in urbe Comana etiamnum visitur, a Taurico diversum est. Rem ego, uti se habet, exponam.

Postquam Orestes a Tauris abiit cum sorore, in morbum incidit: ac super eo consultum Oraculum respondisse memorant, aegrum haud prius sanatum iri, quam in loco, cuius situs ei, quem Tauri habent, similis esset, posuisset aedem Dianae, ibique attonsa coma, factum ex ea nomen dedisset urbi. Itaque Orestes circumiectos tractus obiens, venit in Pontum: ubi cum praeruptum montem vidisset, ac fluvium Irin radices eius alluentem, hunc sibi locum ab Oraculo designari ratus, praeclaram in eo urbem et Dianae fanum extruxit, recisaque coma, hinc nomen

ᾗ δὴ Κόμανα καὶ ἐς ἐμὲ ὀνομάζεται. τούτων τε Ὀρέστῃ ἐξειργασμένων οὐδέν τι ἧσσον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὴν νόσον ἀκμάζειν. αἰσθόμενον δὲ τὸν ἄνθρωπον ὡς οὐκ ἐπιτηδείως ταῦτα τῷ μαντείῳ ποιοίη, ἅπαντα αὖθις περιιόντα σκοπεῖσθαι καὶ χῶρόν τινα ἐν Καππαδόκαις εὑρεῖν τῷ ἐν Ταύροις τὰ μάλιστα ἐμφερέστατον. ὅνπερ καὶ ἐγὼ πολλάκις ἰδὼν ἠγάσθην τε ὑπερφυῶς καί μοι ἐδόκουν ἐν Ταύροις εἶναι. τό τε γὰρ ὄρος τοῦτο ἐκείνῳ· ἀτεχνῶς ἔοικεν, ἐπεὶ κἀνταῦθα ὁ Ταῦρός ἐστι, καὶ ὁ ποταμὸς
H 27 Σάρος τῷ Εὐφράτῃ εἰκάζεται. πόλιν τε οὖν ἀξιοθέατον ᾠκοδομήσατο ἐνταῦθα Ὀρέστης καὶ νεὼς δύο, τὸν ἕτερον μὲν τῇ Ἀρτέμιδι, τὸν δὲ ἄλλον τῇ ἀδελφῇ Ἰφιγενείᾳ, οὓς δὴ
P 49 Χριστιανοὶ ἱερὰ σφίσι πεποίηνται, τῆς οἰκοδομίας τὸ παράπαν οὐδὲν μεταβαλόντες. αὕτη καλεῖται καὶ νῦν ἡ χρυσῆ Κόμανα, τῆς Ὀρέστου κόμης ἐπώνυμος οὖσα, ἣν δὴ ἐκεῖνον ἐνταῦθά φασιν ἀποκειράμενον διαφυγεῖν τὸ ἀρρώστημα. τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτὸν οὐκ ἄλλην τινὰ νόσον ἢ τὴν μανίαν ταύτην ἀποφυγεῖν, ἥπερ αὐτὸν ἔσχεν, ἐπειδὴ τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ ἔκτεινεν. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ἐπάνειμι.

Ἔκ τε γὰρ τῶν ἐν Ταύροις Ἀρμενίων καὶ χώρας τῆς Ἐκελεσηνῆς ποταμὸς Εὐφράτης ἐν δεξιᾷ ῥέων γῆν τε πολλὴν περιβάλλεται καὶ ποταμῶν οἱ ἄλλων τε ἀναμιγνυμένων καὶ αὐτοῦ Ἀρ-
B σίνου, ὃς δὴ ἐκ τῶν Περσαρμενίων καλουμένων πολὺς φέρεται,

1. Ὀρέστῃ] Legebatur Ὀρέστην. 9. Εὐφράτῃ] ταύρῳ εὐφράτῃ A. 19. ἐκελεσηνῆς A. Ἀκιλισηνῆς, ut apud Ptolemaeum et Strabonem, P. Conf. p. 83, 6.

Comanae fecit, quod urbi hac etiam aetate manet. His vero exactis, cum morbus adeo non remitteret, ut ingravesceret potius; intelligens Orestes nondum se Oraculo satisfecisse, partes illas denuo lustravit omnes, et consideravit: tandem in Cappadocia locum plane geminum ac similem ei, quem viderat apud Tauros, invenit. Hunc ego saepe contemplans oculis, vehementer miratus sum; sic ut mihi non abesse a Tauris viderer. Nam et montem, qui est apud illos, huius loci mons, cum hic quoque Taurus sit, repraesentat, et speciem Euphratis exhibet Sarus fluvius. Igitur Orestes urbem hic aedificavit spectatu dignam, ac duo fana, Dianae alterum, alterum Iphigeniae sorori: ea iam templa sunt Christianorum, qui utrumque inaugurarunt, nihil mutata structura. Urbs autem etiam hodie vocatur Aurea Comana, eam nacta nomenclationem ab Orestis coma, qua tonsa ipsum convaluisse fama est. Porro quidam morbum, ex quo evasit, meram fuisse insaniam perhibent, quae illum invaserat post matricidium. Nunc ad propositum redeo.

Ab ea parte Armeniae, quam habent Tauri, et Acilisene labens dextra Euphrates magnam regionem amplectitur, et cum alios amnes, tum Arsinem e Persarmenia copioso alveo decurrentem accipit: proinde

μέγας τε, ὡς τὸ εἰκὸς, γεγενημένος εἰς τοὺς πάλαι μὲν Λευκοσύρους, νῦν δὲ Ἀρμενίους μικροὺς καλουμένους, χωρεῖ. ὧν δὴ πόλις πρώτη Μελιτηνὴ λόγου πολλοῦ ἀξία ἐστί. τὸ δὲ ἐντεῦθεν τά τε Σαμόσατα παραρρεῖ καὶ τὴν Ἱερὰν πόλιν καὶ πάντα τὰ ἐκείνῃ χωρία, μέχρι ἐς τῶν Ἀσσυρίων τὴν γῆν, οὗ δὴ ἀλλήλοιν ἄμφω τὼ ποταμὼ ἀναμιγνυμένω ἐν ὄνομα τὸ τοῦ Τίγριδος ἀποκέκριται. χώρα γοῦν, ἣ ἐκ Σαμοσάτων ἐκτὸς Εὐφράτου ποταμοῦ ἐστι, πάλαι μὲν Κομαγηνὴ ἐκλήθη, τανῦν δὲ τῷ ποταμῷ ἐστιν ἐπώνυμος. ἣ δὲ τούτου ἐντὸς, ἣ δὴ αὐτοῦ τε μέση καὶ Τίγριδός ἐστι, Μεσοποταμία, ὡς τὸ εἰκὸς, ὀνομάζεται· μοῖρα μέντοι αὐτῆς οὐ τούτῳ μόνον τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τισὶν ἐπικαλεῖται. C ἥ τε γὰρ ἄχρις Ἀμίδης πόλεως Ἀρμενία πρὸς ἐνίων ὠνόμασται Ἔδεσσά τε ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὴν χωρίοις, Ὀσροηνή τε Ὀσρόου ἐπώνυμός ἐστιν, ἀνδρὸς ἐνταῦθα βεβασιλευκότος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, ἡνίκα Πέρσαις οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι ἔνσπονδοι ἦσαν. Πέρσαι οὖν ἐπειδὴ πρὸς Ῥωμαίων Νίσιβίν τε πόλιν καὶ ἄλλα ἄττα Μεσοποταμίας χωρία ἔλαβον, ἡνίκα ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύειν ἔμελλον, χώραν μὲν τὴν ἐκτὸς Εὐφράτου ποταμοῦ ἐν ὀλιγωρίᾳ V 256 ποιούμενοι, ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἄνυδρόν τε καὶ ἀνθρώπων ἔρημον οὖσαν, ἐνταῦθα δὲ πόνῳ οὐδενὶ ἀγειρόμενοι, ἅτε ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ τε καὶ πολεμίᾳ τῇ οἰκουμένῃ ἀγχοτάτω οὔσῃ, ἐνθένδε τὰς D ἐσβολὰς ἐποιοῦντο.

6. 9. Τίγριδος] τίγρητος A.

auctus non mediocriter Leucosyriam petit, sic olim, nunc Armeniam minorem dictam, cuius caput est Melitene, urbs nobilissima: postea Samosata, Hierapolin, et oras omnes illas praeterfluit, usque in Assyriam, ubi confusis aquis utriusque fluvii, unum manet separatum Tigridis nomen. Porro plagam, quae a Samosatis trans Euphratem est, vocarunt veteres Comagenen; nunc a fluvio ducta appellatione dicitur Euphratesia. Ea vero, quam Tigris et Euphrates includunt, Mesopotamia est nominata a suo illo, ut consentaneum erat, inter amnes positu. Quanquam eius parti praeter commune istud vocabulum, alia quaedam tributa sunt. Nonnulli enim tractum illum, qui usque Amidam pertinet, Armeniam appellant: Edessa item cum vicinitate Osroenes nomen habet ab Osroe, qui ibi quondam regnavit; nimirum quando illa civitas foedere Persis coniuncta erat. Ex quo autem Persae Nisibin aliaque Mesopotamiae loca Romanis eripuerunt, quoties in eos expeditionem suscipiebant, regione, quam Euphrates excludit, per contemptum relicta, quoniam siti longe ac late deserta est, ex illa Mesopotamiae parte erumpebant; in qua, utpote et sua, et vicina hostili provinciae, quae est incolis frequens, facile exercitum cogunt.

Ἡνίκα δὲ ἡσσηθεὶς Μιρράνης τῇ μάχῃ καὶ τοὺς πλείστους ἀποβαλὼν τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἀφίκετο, ποινῆς ἔτυχε πρὸς βασιλέως Καβάδου πικρᾶς. κόσμον γὰρ ἀφείλετο αὐτόν, ὃν δὴ ἀναδεῖσθαι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν εἰώθει, ἔκ τε χρυσοῦ καὶ μαργάρων πεποιημένον. ἀξίωμα δὲ τοῦτο ἐν Πέρσαις μέγα μετά γε τὴν βασιλέως τιμήν. ἐνταῦθα γὰρ οὔτε δακτυλίῳ χρυσῷ οὔτε ζώνῃ οὔτε περόνῃ χρῆσθαι οὔτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν θέμις, ὅτι μὴ ἐκ βασιλέως ἀξιωθέντι. καὶ τὸ λοιπὸν ὁ Καβάδης ἐν
P 50 βουλῇ εἶχεν ὅντινα τρόπον αὐτὸς ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύοι. Μιρράνου γὰρ σφαλέντος οὕτως, ὥσπερ ἐρρήθη, ἐπ᾽ ἄλλῳ οὐδενὶ τὸ θαρρεῖν εἶχε. καί οἱ ἐπὶ πλεῖστον ἀπορουμένῳ Ἀλαμούνδαρος ὁ τῶν Σαρακηνῶν βασιλεὺς προσελθὼν εἶπεν „Οὐ πάντα, ὦ δέσποτα, χρεών ἐστι πιστεύειν τῇ τύχῃ οὐδὲ τοὺς πολέμους οἴεσθαι δεῖν κατορθοῦν ἅπαντας. οὐδὲ γὰρ εἰκὸς τοῦτό γε οὐδὲ ἄλλως ἀνθρώπειον, ἀλλὰ καὶ ἀξύμφορος αὕτη μάλιστα τοῖς αὐτῇ ἐχομένοις ἡ ἔννοια. τοὺς γὰρ ἅπαντας σφίσιν ἐλπίσαντας τἀγαθὰ ἔσεσθαι σφαλέντας ποτέ, ἂν οὕτω τύχοι, ἡ ἐλπὶς οὐ δέον ἡγησαμένη τοῦ προσήκοντος μᾶλλον ἠνίασε. διὸ δὴ οὐκ ἔχοντες ἀεὶ ἐπὶ τῇ τύχῃ τὸ θαρρεῖν ἄνθρωποι οὐκ ἐκ τοῦ εὐθέος ἐς κίνδυνον πόλεμον καθίστανται, κἂν τῷ παντὶ τῶν πολεμίων ὑπεραί-
B ρειν αὐχῶσιν, ἀλλ᾽ ἀπάτῃ τε καὶ μηχαναῖς τισι περιελθεῖν τοὺς ἐναντίους ἐν σπουδῇ ἔχουσιν. οἷς γὰρ ἐκ τοῦ ἀντιπάλου ὁ κίν-

8. ἐν βουλῇ additum in P, ex coniectura Maltreti: om. HL. De A nihil annotatum. 9. στρατεύοι P ex Hm. στρατεύειν H.

Verum ubi acie victus Mirrhanes, amissa copiarum parte maxima, cum residua in Persidem rediisset, primum quidem poena acerbissima in eum Cabades animadvertit. Ipsum enim comae redimiculo privavit, auro unionibusque contexto, quod apud Persas honoris est insigne eximii, secundum dignitatem Regis, a quo illud tribuitur. Nulli enim, nisi quem dignatus Rex fuerit, nec annulum aureum, nec zonam, nec fibulam, nec tale quidquam gestare fas est. Deinde vero deliberavit, qua ipse ratione in Romanos exercitum duceret: propterea quod ita lapso, ut dixi, Mirrhane, cui iam fideret nesciebat. Tum maxime laborantem adiit Saracenorum Rex Alamundarus, et sic affatus est. *Haud plane sequi oportet, Domine, Fortunae fidem, neque existimare bellis omnibus secundos exitus deberi. Nam et rationi parum id consentaneum est, ac multo etiam minus humanarum rerum conditioni. Immo vero isthaec opinio officit iis plurimum, quos semel occupavit. Quisquis enim bonum aliquod sibi pollicetur, eum illa ipsa deinde spes, quae animum ultra quam decet provehit, si forte fuerit irrita, afflictat gravius. Quare cum fiduciam in Fortuna semper iacere mortales nequeant, sequitur ut quamvis partibus omnibus superiores adversario se esse glorientur; tamen bellum in apertam aleam minime adducant; sed studeant dolo hostem circumvenire. Et sane qui*

δυνός ἐστιν, οὐκ ἐν βεβαίῳ τὰ τῆς νίκης χωρεῖ. νῦν οὖν μὴ δέον οἷς Μιρράνης ἠτύχησεν οὕτω περιώδυνος, ὦ βασιλέων βασιλεῦ, γίνου, μηδὲ αὖθις ἀποπειράσασθαι βούλου τῆς τύχης. Μεσοποταμίας γὰρ καὶ τῆς Ὀσροηνῆς καλουμένης χώρας, ἅτε τῶν σῶν ὁρίων ἄγχιστα οὔσης, αἵ τε πόλεις ὀχυρώταταί εἰσι πασῶν μάλιστα καὶ στρατιωτῶν πλῆθος οἷον οὐ πώποτε πρότερον τανῦν ἔχουσιν, ὥστε ἡμῖν αὐτόσε ἰοῦσιν οὐκ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τὰ τῆς ἀγωνίας γενήσεται, ἐν μέντοι τῇ χώρᾳ, ἣ ἐκτὸς Εὐφράτου H 28 ποταμοῦ τυγχάνει οὖσα, καὶ τῇ ταύτης ἐχομένῃ Συρίᾳ οὔτε πόλεως ὀχύρωμα οὔτε στράτευμα λόγου ἄξιόν ἐστι. ταῦτα γὰρ πολλάκις πρὸς τῶν ἐπὶ κατασκοπῇ ἐς ταῦτα ἐσταλμένων Σαρακηνῶν ἤκουσα. C ἔνθα δὴ καὶ πόλιν Ἀντιόχειαν εἶναί φασι, πλούτῳ τε καὶ μεγέθει καὶ πολυανθρωπίᾳ πόλεων πρώτην ἁπασῶν τῶν ἐν τοῖς ἑῴοις Ῥωμαίων οὖσαν· ἣ δὴ ἀφύλακτός τε καὶ στρατιωτῶν ἔρημός ἐστιν. οὐ γὰρ ἄλλου οὐδενὸς τῷ ταύτης δήμῳ ὅτι μὴ πανηγύρεών τε καὶ τρυφῆς μέλει καὶ τῆς ἐν θεάτροις ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίας. ὥστε ἢν ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου ἐπ' αὐτοὺς ἴωμεν, τήν τε πόλιν αἱρήσειν ἡμᾶς ἐξ ἐπιδρομῆς οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ μηδενὶ ἐντυχόντας πολεμίων στρατῷ εἶτα ἐπανελθεῖν εἰς τὰ Περσῶν ἤθη οὔπω πεπυσμένων τὰ ξυμπεσόντα τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ στρατιωτῶν. ὕδατος δὲ ἢ ἄλλου του τῶν ἐπιτηδείων ἀπορίας πέρι μηδέν σε εἰσίτω. ἐγὼ γὰρ τῷ στρατῷ ἐξηγήσομαι D ὅπῃ ἂν δοκῇ ἄριστα εἶναι."

11. ταῦτα] ταύτας A.

recta atque ex aequo in discrimen ac dimicationem veniunt, iis victoria in incerto pendet. Nunc igitur, o Regum Rex, noli tantum cumque inutilem ex Mirrhanis clade dolorem capere, nec tibi committendum puta, ut fortunam iterum tentes. Mesopotamiae quidem oppida et Osroenes, quia limites tuos fere contingunt, et omnium munitissima, et praesidiis iam tantis instructa sunt, quanta nunquam habuerunt. Itaque si illuc intendimus, nos praelia manent periculosa. At in regione, quae est ultra Euphratem, ipsique contigua Syria, nec propugnacula urbium, nec praesidia aliquo ducenda numero sunt. Haec enim saepe a Saracenis exploratoribus accepi. Insuper ferunt ibi esse Antiochiam et divitiis, et magnitudine, et hominum frequentia, urbium, quae in Oriente Romanis parent, omnium facile principem, quae incustodita et militibus nuda sibi non caveat. Cives enim aliud nihil nisi genium curant, toti in celebritatibus festorum ac theatralibus inter se contentionibus. Quamobrem si illos aggrediamur improviso, proximum vero est nos cursim capturos urbem, ac fere ut nullo usquam facto obviam hostili exercitu, reduces in Persidem nos prius videas, quam vel nuntius rei gestae ad praesidiarium Mesopotamiae militem pervenerit. Nec te aquae vel commeatus penuria sollicitum habeat: ego enim ipse exercitum ducam ea via ac ratione, quam optimam et opportunissimam iudico.

Quo autem tempore Hellestheaeus regnabat in Aethiopia, parebantque Homeritae Esimiphaeo, Iulianum ad eos legavit Iustinianus Aug. per ipsum ab utroque petens, ut pro religionis communione, qua cum Romanis devincti essent, illos cum Persis gerentes bellum iuvarent: atque Aethiopes quidem sericum, ex quo vestis conficitur, quae olim dicta a Graecis Medica, nunc serica appellatur, sericum inquam ab Indis emerent, ac postea Romanis venum id darent, quo et sibi pararent ingentem pecuniam, et lucrum hoc unum afferrent Romanae genti, ne ad hostes cogeretur aurum suum transferre: Homeritae vero Caisum patria profugum Maaddenis Phylarchum praeponerent, et cum valido exercitu ex Saracenis illis suaque gente conflato in Persidem irrumperent. Vir erat Caisus Phylarchico sanguine prognatus, et bellica virtute praestans: at quoniam propinquum occiderat Esimiphaei, vitam fugae solitudinique mandarat. Uterque sane Rex postulatis annuit, eaque se facturum pollicitus legatum remisit liberaliter: tamen promissa et conventa neuter implevit. Nec vero fieri poterat, ut ab Indis Aethiopes sericum merca-

ὠνεῖσθαι πρὸς τῶν Ἰνδῶν ἀδύνατον ἦν, ἐπεὶ ἀεὶ οἱ Περσῶν ἔμποροι πρὸς αὐτοῖς τοῖς ὅρμοις γενόμενοι (οὗ δὴ τὰ πρῶτα αἱ τῶν Ἰνδῶν νῆες καταίρουσιν, ἅτε χώραν προσοικοῦντες τὴν ὅμορον) ἅπαντα ὠνεῖσθαι τὰ φορτία εἰώθασι, καὶ τοῖς Ὁμηρίταις χαλεπὸν ἔδοξεν εἶναι χώραν ἀμειψαμένοις ἐρημόν τε καὶ χρόνου πολλοῦ H 35 ὁδὸν κατατείνουσαν ἐπ' ἀνθρώπους πολλῷ μαχιμωτέρους ἰέναι. ἀλλὰ καὶ Ἄβραμος ὕστερον, ὅτε δὴ τὴν ἀρχὴν ὡς ἀσφαλέστατα ἐκρατύνατο, πολλάκις μὲν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ὡμολόγησεν ἐς γῆν τὴν Περσίδα ἐσβάλλειν, ἅπαξ δὲ μόνον τῆς πορείας ἀρξάμε- P 62 νος ὀπίσω εὐθὺς ἀπεχώρησε. τὰ μὲν οὖν Αἰθιόπων τε καὶ Ὁμηριτῶν ταύτῃ Ῥωμαίοις ἐχώρησεν.

κα'. Ἑρμογένης δὲ τότε, ἐπειδὴ τάχιστα ἡ πρὸς τῷ Εὐ- B φράτῃ μάχη ἐγένετο, παρὰ Καβάδην ἐπὶ πρεσβείαν ἥκων, ἐπέραινεν οὐδὲν τῆς εἰρήνης πέρι, ἧς ἕνεκα ἦλθεν, ἐπεὶ αὐτὸν οἰδαίνοντα ἔτι ἐπὶ Ῥωμαίους εὗρε· διὸ δὴ ἄπρακτος ἀνεχώρησε. καὶ Βελισάριος βασιλεῖ ἐς Βυζάντιον μετάπεμπτος ἦλθε περιῃρημένος ἣν εἶχεν ἀρχήν, ἐφ' ᾧ ἐπὶ Βανδίλους στρατεύσειεν. Σίττας δέ, Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τοῦτο δεδογμένον, ὡς φυλάξων τὴν ἑῴαν ἐνταῦθα ἦλθε. καὶ Πέρσαι αὖθις στρατῷ πολλῷ ἐς Μεσοποταμίαν, Χαναράγγου τε καὶ Ἀσπεβέδου καὶ Μερμερόου ἡγουμένων σφίσιν, ἐσέβαλον. ἐπεί τε αὐτοῖς ἐτόλμα οὐδεὶς ἐς χεῖρας ἰέναι, Μαρτυρόπολιν ἐγκαθεζόμενοι ἐπολιόρκουν, οὗ δὴ Βούζης τε καὶ C Βέσας τεταγμένοι ἐπὶ τῇ φυλακῇ ἐτύγχανον. αὕτη δὲ κεῖται μὲν

4. χαλεπὸν — κατατείνουσαν] Suidas s. v. κατατείνουσαν. 8. ἐκρατύνατο] ἐκρατύνετο L. 20. Ἀσπεβέδου] Legebatur Ἀπεβέδου. *Aspebedo* RV. Vide supra p. 51, 1. 23. Βέσας] *Bessas* RV.

rentur, siquidem institores Persae illis portubus propter vicinitatem imminentes, ad quos Indi prius appellunt, merces omnes emere plerumque occupant. Homeritis autem grave visum est, per solitudines agere longinquum iter, ac demum in eius exitu gentem multo bellicosiorem invadere. Quin etiam postea Abramus ipse, cum regnum sibi stabilisset, se in Persidem eruptionem facturum Iustiniano saepe spopondit: verum ingressus viam, idque semel tantum, extemplo reversus est. Ita demum cessit Romanis missa ad Aethiopes et Homeritas Legatio.

21. Statim ut ad Euphratem pugnatum est, Legatus ad Cabadem profectus Hermogenes, cum ipsum adhuc in Romanos ira tumidum offendisset, pace, cuius ergo venerat, infecta rediit. Belisarium Augustus Byzantium revocavit, et a potestate, quam gerebat, amovit, ut praeesset expeditioni Vandalicae. Tunc Sittas tuendi Orientis munere suscepto, de sententia Iustiniani eo sese contulit. Quando Persae denuo in Mesopotamiam se iniecerunt, magnas eorum copias Chanarange, Apebede, Mermeroeque ducentibus: ac nemine cum ipsis audente congredi, Martyropolin, cuius praesidio Buzes ac Besas praeerant, obsederunt. Urbs

ἐν τῇ Σοφανηνῇ καλουμένῃ χώρᾳ, πόλεως Ἀμίδης τεσσαράκοντά
τε καὶ διακοσίοις σταδίοις διέχουσα πρὸς βορρᾶν ἄνεμον· πρὸς
αὐτῷ δὲ Νυμφίῳ τῷ ποταμῷ ἐστιν, ὃς τήν τε Ῥωμαίων γῆν καὶ
Περσῶν διορίζει. οἱ μὲν οὖν Πέρσαι τῷ περιβόλῳ προσέβαλλον,
οἱ δὲ πολιορκούμενοι κατ' ἀρχὰς μὲν αὐτοὺς ἀνδρείως ὑφίσταν-
το, οὐ διὰ πολλοῦ δὲ ἀνθέξειν ἐπίδοξοι ἦσαν. ὅ τε γὰρ περίβο-
λος ἐπιμαχώτατος ἦν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον καὶ πολιορκίᾳ Περσῶν
ῥᾷστα ἁλώσιμος, αὐτοί τε τὰ ἐπιτήδεια οὐ διαρκῶς εἶχον, οὐ
μὴν οὐδὲ μηχανὰς οὐδέ τι ἄλλο ἀξιόχρεων καθ' ὅ τι ἀμύνονται.
Σίττας δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ἐς χωρίον μὲν Ἀτταχὰς ἦλ-
D θον, Μαρτυροπόλεως ἑκατὸν σταδίοις διέχον, ἐς τὰ πρόσω δὲ
οὐκ ἐτόλμων ἰέναι, ἀλλ' αὐτοῦ ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἔμενον.
V 265 ξυνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Ἑρμογένης αὖθις ἐπὶ πρεσβείᾳ ἐκ Βυζαντίου
ἥκων. ἐν τούτῳ δὲ τοιόνδε τι ξυνηνέχθη γενέσθαι.

Κατασκόπους ἐκ παλαιοῦ ἔν τε Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις δη-
μοσίᾳ σιτίζεσθαι νόμος, οἳ δὴ λάθρα ἰέναι παρὰ τοὺς πολεμίους
εἰώθασιν, ὅπως περισκοπήσαντες ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ πρασσόμενα
εἶτα ἐπανιόντες τοῖς ἄρχουσιν ἐσαγγέλλωσι. τούτων πολλοὶ μὲν
εὐνοίᾳ, ὡς τὸ εἰκός, χρῆσθαι εἰς τοὺς ὁμογενεῖς ἐν σπουδῇ ἔχου-
P 63 σι, τινὲς δὲ καὶ τοῖς ἐναντίοις προΐενται τὰ ἀπόρρητα. τότε οὖν
ἐκ Περσῶν κατάσκοπός τις ἐς Ῥωμαίους σταλεὶς ἐς ὄψιν τε
Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἥκων, ἄλλα τε πολλὰ ἐξεῖπεν ἐν τοῖς βαρ-

21. ἐς Ῥωμαίους] „Reg. ἐς Ῥωμαίων. supple γῆν." MALT. *contra Romaeos* RV.

haec in Sophanene sita, distat Amida stadiis CCXL. ad Septentrionem, fluvioque alluitur Nymphio, qui ab agro Persico Romanum dividit. Igitur Persae ad oppugnanda moenia se adhibuerunt: quorum etsi impetum viriliter initio excipiebant obsessi; tamen constans erat opinio non restituros diu. Nam et murus multis in locis expugnabilis vi atque impressione Persarum facile poterat occupari, nec iusta annonae copia, nec machinae, neque aliud quidquam ad propugnationem idoneum inclusis suppetebat. Sittas ac Romanus exercitus castra Attachis centesimo a Martyropoli stadio metati, neque ausi accedere propius, ibi se continebant, et Byzantio missus iterum Legatus Hermogenes una aderat. Res interea contigit, quam modo referam.

Persarum iuxta ac Romanorum antiquus est ille mos, ut alantur de publico exploratores, qui ad hostem submitti solent, et postquam accurate quae apud illum geruntur inspexerint, Ducibus indicatum veniunt. Ex his multi pro eo ac debent impense student patriae suisque civibus: nonnulli eorum arcana hostibus efferunt. Tali quidam animo explorator ad Romanos profectus e Perside, Iustinianum Aug. convenit, et coram cum alia ipsi multa, quae molirentur Barbari, tum hoc etiam enuntiavit,

βάροις πρασσόμενα καὶ ὡς γένος Μασσαγετῶν ἐπὶ τῷ Ῥωμαίων πονηρῷ αὐτίκα δὴ μάλα εἰς τὰ Περσῶν ἤθη ἐξίασιν, ἐνθένδε τε ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν ἰόντες τῷ Περσῶν στρατῷ ἕτοιμοί εἰσιν ἀναμίγνυσθαι. ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας, πεῖράν τε ἤδη τοῦ ἀνθρώπου ἀληθείας πέρι ἐς αὐτὸν ἔχων, χρήμασιν αὐτὸν ἁδροῖς τισι χαρισάμενος πείθει ἔς τε τὸ Περσῶν στρατόπεδον ἰέναι, ὃ δὴ Μαρτυροπολίτας ἐπολιόρκει, καὶ τοῖς ταύτῃ βαρβάροις ἀγγεῖλαι ὅτι δὴ οἱ Μασσαγέται οὗτοι χρήμασιν ἀναπεισθέντες τῷ Ῥωμαίων B βασιλεῖ μέλλουσιν ὅσον οὔπω ἐπ' αὐτοὺς ἥξειν. ὁ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίει, ἔς τε τὸ τῶν βαρβάρων στρατόπεδον ἀφικόμενος τῷ τε Χαναράγγῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπήγγελλε στράτευμα Οὔννων πολεμίων σφίσιν οὐκ εἰς μακρὰν ἐς τοὺς Ῥωμαίους ἀφίξεσθαι. οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, κατωρρώδησάν τε καὶ ἐπὶ τοῖς παροῦσι διηποροῦντο.

Ἐν τούτῳ δὲ ξυνέβη πονήρως τῷ Καβάδῃ νοσῆσαι τὸ σῶμα, καὶ Περσῶν ἕνα τόν οἱ ἐν τοῖς μάλιστα ἐπιτηδειότατον καλέσας, Μεβόδην ὄνομα, ἐκοινολογεῖτο ἀμφί τε τῷ Χοσρόῃ καὶ τῇ βασιλείᾳ, δεδιέναι τε Πέρσας ἔφασκε μή τι τῶν αὐτῷ βεβουλευμένων ἀλογήσειν ἐν σπουδῇ ἕξουσιν. ὁ δέ οἱ τῆς γνώμης τὴν C δήλωσιν ἐν γράμμασιν ἀπολιπεῖν ἠξίου, θαρσοῦντα ὡς οὐ μή ποτε αὐτὴν ὑπεριδεῖν τολμήσωσι Πέρσαι. Καβάδης μὲν οὖν ἄντικρυς διετίθετο βασιλέα Χοσρόην Πέρσαις καθίστασθαι. τὸ δὲ γράμμα ὁ Μεβόδης αὐτὸς ἔγραφε καὶ ὁ Καβάδης αὐτίκα ἐξ ἀν-

6. ἔς τε τὸ A. ἐς τὸ P. 10. βαρβάρων] βαρβαρίων L.
11. ἀπήγγελλε] ἀπήγγειλε HL.

Massagetas Romanis infensos brevi adventuros in Persidem, et illinc velle Romani imperii fines ingredi, seque adiungere Persarum copiis. His ille auditis, cum versasset hominem ac veracem comperisset, grandi evicit pecunia, ut ad castra Persarum, qui tunc Martyropolim circumsedebant, contenderet, nuntiaretque Massagetas auro corruptos ab Augusto infestis in ipsos animis actutum venturos. Ille munus iniunctum exequens, simul ut castra Barbarorum attigit, Chanarangi caeterisque significat iam aversos a Persis Hunnos praesto Romanis propediem adfore. Hoc ii nuntio territi, quid pro re nata decernerent nesciebant.

Hoc interim spatio, morbo correptus acuto Cabades, Mebodem Persam, quo familiarissime utebatur, accivit, et cum eo de Chosroe ac regno sermonem instituens, vereri se dixit ne quid eorum, quae constituta haberet, Persae reiicerent et aspernarentur. Rogavit ille, tantum ut sibi relinqueret consignatam tabulis supremam voluntatem, cum spe certa fore ut eam Persae nullo habere loco minime auderent. Tum Cabades testamento, quod manu sua conscripsit Mebodes, regnum Chosroi plane

θρώπων ἠφάνιστο. καὶ ἐπεὶ τὰ νόμιμα ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως τα-
φῇ ἐγεγόνει, ὁ μὲν Καόσης τῷ νόμῳ θαρσῶν ἐπεβάτευε τῆς τι-
H 36 μῆς, ὁ δὲ Μεβόδης ἐκώλυε, φάσκων οὐδένα χρῆναι αὐτόματον
ἐς τὴν βασιλείαν ἰέναι, ἀλλὰ ψήφῳ Περσῶν τῶν λογίμων. καὶ
ὃς ἐπέτρεπε ταῖς ἀρχαῖς τὴν περὶ τοῦ πράγματος γνῶσιν, οὐδὲν
ἐνθένδε ἔσεσθαί οἱ ἐναντίωμα ὑποτοπάζων. ἐπεὶ δὲ ἅπαντες οἱ
D Περσῶν λόγιμοι ἐς τοῦτο ἀγηγερμένοι ἐκάθηντο, τὸ μὲν γράμμα
ὁ Μεβόδης ἀναλεξάμενος τὴν Καβάδου ἀμφὶ τῷ Χοσρόῃ ἐδήλου
γνώμην, ἀναμνησθέντες δὲ τῆς Καβάδου ἀρετῆς ἅπαντες βασι-
λέα Πέρσαις αὐτίκα Χοσρόην ἀνεῖπον.

Οὕτω μὲν ὁ Χοσρόης τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. ἐν δὲ Μαρτυρο-
πόλει Σίττας τε καὶ Ἑρμογένης ἀμφὶ τῇ πόλει δειμαίνοντες,
ἀμύνειν γὰρ κινδυνευούσῃ οὐδαμῇ εἶχον, ἔπεμψάν τινας ἐς τοὺς
πολεμίους, οἳ τοῖς στρατηγοῖς ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἔλεξαν τοιάδε
„Λελήθατε ὑμᾶς αὐτοὺς βασιλεῖ τε τῷ Περσῶν καὶ τοῖς τῆς
P 64 εἰρήνης ἀγαθοῖς καὶ πολιτείᾳ ἑκατέρᾳ ἐμποδὼν οὐ δέον γινόμενοι.
πρέσβεις γὰρ ἐκ βασιλέως ἐσταλμένοι τανῦν πάρεισιν, ἐφ' ᾧ πα-
ρὰ τὸν Περσῶν βασιλέα ἰόντες τά τε διάφορα λύσουσι καὶ τὰς
σπονδὰς πρὸς αὐτὸν θήσονται· ἀλλ' ὡς τάχιστα ἐξανιστάμενοι
τῆς Ῥωμαίων γῆς ξυγχωρεῖτε τοῖς πρέσβεσι πράσσειν ἣ ἑκατέροις
ξυνοίσειν μέλλει. ἕτοιμοι γὰρ ἐσμὲν ὑπὲρ τούτων αὐτῶν καὶ ὁμή-
ρους διδόναι ἄνδρας δοκίμους, ὡς δὴ ἔργῳ οὐκ εἰς μακρὰν ἐπι-

2. ἐπεβάτευε] ἐπευάτευε A. 7. ἀγηγερμένοι A. ἐγηγερμένοι P. 9. τῆς Κ.] τῆς τοῦ κ. A, ut videtur. 18. τὸν περσῶν L. τῶν Περσῶν P. 21. αὐτῶν om. L.

decrevit; nec multo post obiit. Ubi iusta regio funeri soluta sunt, consuetudinis iure fretus Caoses honorem summum usurpabat, cum intercessit Mebodes, nemini fas esse dicens intrudere se in regnum; at procerum Persarum suffragiis ad id vocari oportere. Is ab hac parte sibi omnia fore prona existimans, rei cognitionem potestatibus permisit. Verum ubi in consessu universae nobilitatis ad id convocatae Mebodes testamentum legit, quidque Cabades moriens de Chosroe sanxisset aperuit, tantum apud omnes valuit memoria virtutis demortui, ut Chosroem una voce Persarum Regem declararint.

Ita regnum adeptus est Chosroes: iam vero ad Martyropolin Sittas atque Hermogenes urbi timentes, cui periclitanti subvenire non poterant, ad hostem quosdam e suis miserunt, quorum haec apud Duces fuit oratio. *Vos et Persarum Regem, et pacem, et rem utriusque imperii publicam contra quam fas sit atque adeo praeter opinionem vestram oppugnatis. Iam enim Augusti Legati adsunt, Regem adituri vestrum, ut cum ipsomet dirempta omni lite pacem conficiant. Agite dum, Romano solo movete quamprimum, date legatis locum et copiam transigendi prout erit e re communi. Nos certe vobis fidem ut faciamus accessurum verbis exi-*

τελῆ ἔσται.“ Ῥωμαίων μὲν οἱ πρέσβεις τοσαῦτα εἶπον. ἐτύγχανε δὲ καὶ ἄγγελος ἐκ τῶν βασιλείων ἐς αὐτοὺς ἥκων, ὃς δὴ αὐτοῖς τετελευτηκέναι μὲν Καβάδην ἐτύγχανεν ἀπαγγέλλων, Χοσρόην δὲ τὸν Καβάδου βασιλέα καταστῆναι Πέρσαις, ταύτῃ τε τὰ B πράγματα ᾐωρῆσθαι σφίσι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοὺς Ῥωμαίων λόγους οἱ στρατηγοὶ ἄσμενοι ἤκουσαν, ἅτε καὶ τὴν Οὔννων ἔφοδον δείσαντες. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν ἐν ὁμήρων λόγῳ εὐθὺς ἔδοσαν Μαρτῖνόν τε καὶ τῶν Σίττα δορυφόρων ἕνα, Σενέκιον ὄνομα· Πέρ- V 266 σαι δὲ διαλύσαντες τὴν προσεδρείαν εὐθυωρὸν τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο. οἵ τε Οὖννοι οὐ πολλῷ ὕστερον ἐσβαλόντες ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων, ἐπεὶ τὸν Περσῶν στρατὸν ἐνταῦθα οὐχ εὗρον, δι' ὀλίγου τὴν ἐπιδρομὴν ποιησάμενοι ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν ἅπαντες.

κβ'. Αὐτίκα δὲ καὶ Ῥουφῖνός τε καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Θω- C μᾶς, οἱ ξὺν Ἑρμογένει πρεσβεύσοντες, ἦλθον, παρά τε Περσῶν τὸν βασιλέα πάντες ἀφίκοντο ἐς ποταμὸν Τίγριν. καὶ αὐτοὺς μὲν Χοσρόης ἐπειδὴ εἶδε, τοὺς ὁμήρους ἀφῆκε. τιθασεύοντες δὲ Χοσρόην οἱ πρέσβεις ἐπαγωγά τε πολλὰ ἔλεξαν καὶ Ῥωμαίων ὡς ἥκιστα πρέσβεσι πρέποντα. οἷς δὴ χειροήθης ὁ Χοσρόης γενόμενος τὴν μὲν εἰρήνην πέρας οὐκ ἔχουσαν δέκα καὶ ἑκατὸν κεντηναρίων ὡμολόγει πρὸς αὐτοὺς θήσεσθαι, ἐφ' ᾧ δὴ ὁ τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ στρατιωτῶν ἄρχων μηκέτι ἐν Δάρας τὸ λοιπὸν εἴη, D ἀλλ' ἐν Κωνσταντίνῃ τὸν ἅπαντα χρόνον διαγίνοιτο, ᾗπερ καὶ τὸ

15. οἱ ξὺν] ὡς ξὺν H. 17. τιθασεύοντες] Vulgo τιθασσεύοντες.

tum brevi, obsides dare viros primarios parati sumus. Vix ea Legati Romani dixerant, cum ex aula missus ad Persas nuntius attulit Cabadem vita functum, Regem constitutum eius filium Chosroem, eoque fieri ut res in Perside obscura expectatione penderent. His accedente adventus Hunnorum metu, oblatam a Romanis conditionem lubentissime Persarum Duces amplexi sunt. Romani nulla interposita mora obsides Martinum et Senecium Sittae stipatorem dedere. Mox Persae soluta obsidione in patriam remigrarunt. Aliquanto post Romanum agrum ingressi Hunni, cum in eo Persarum exercitum minime reperissent, brevi facta excursione, domum repetierunt.

22. Protinus adfuere, qui legationem cum Hermogene erant obituri, Rufinus, Alexander et Thomas, unaque omnes Regem Persarum adierunt ad fluvium Tigrin. Eos ut vidit Chosroes, statim obsides dimisit. Illum vero iidem palpantes, multis blanditiis usi sunt, quae Legatos Romanos minime decebant. Hac arte cicuratus et delinitus Chosroes, pacem perpetuam spopondit hisce conditionibus, ut sibi centenaria cx. numerarentur: nec Dara sedes esset in posterum Ducis Mesopotamiae, at pro more

παλαιὸν εἴθιστο· φρούρια δὲ τὰ ἐν Λαζικῇ οὐκ ἔφη ἀποδώσειν, καίπερ αὐτὸς τό τε Φαράγγιον καὶ Βῶλον τὸ φρούριον δικαιῶν πρὸς Ῥωμαίων ἀπολαβεῖν. ἕλκει δὲ λίτρας τὸ κεντηνάριον ἑκατὸν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ὠνόμασται. κέντον γὰρ τὰ ἑκατὸν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. τοῦτο δέ οἱ δίδοσθαι τὸ χρυσίον ἠξίου, ὡς μήτε πόλιν Δάρας Ῥωμαῖοι καθελεῖν ἀναγκάζωνται μήτε φυλακτηρίου
P 65 τοῦ ἐν πύλαις Κασπίαις μεταλαχεῖν Πέρσαις. οἱ μέντοι πρέσβεις τὰ μὲν ἄλλα ἐπῄνουν, τὰ δὲ φρούρια ἐκδιδόναι οὐκ ἔφασκον οἷοί τε εἶναι, ἢν μὴ βασιλέως ἀμφ' αὐτοῖς πύθωνται πρότερον. ἔδοξε τοίνυν Ῥουφῖνον μὲν ὑπὲρ τούτων ἐς Βυζάντιον στέλλεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους, ἕως αὐτὸς ἐπανίῃ, μένειν. καὶ χρόνος ἡμερῶν ἑβδομήκοντα Ῥουφίνῳ ξυνέκειτο ἐς τὴν ἄφιξιν. ἐπεὶ δὲ ὁ Ῥουφῖνος ἐς Βυζάντιον ἀφικόμενος βασιλεῖ ἀπήγγελλεν, ὅσα Χοσρόῃ ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ δοκοῦντα εἴη, ἐκέλευε βασιλεὺς κατὰ ταῦτα σφίσι τὴν εἰρήνην ξυνίστασθαι.

B Ἀλλ' ἐν τούτῳ φήμη τις οὐκ ἀληθὴς ἤκουσα εἰς τὰ Περσῶν ἤθη, βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἤγγελλεν ὀργισθέντα Ῥουφῖνον κτεῖναι. οἷς δὴ Χοσρόης ξυνταραχθείς τε καὶ θυμῷ πολλῷ ἤδη ἐχόμενος τῷ παντὶ στρατῷ ἐπὶ Ῥωμαίους ᾔει. Ῥουφῖνος δέ οἱ μεταξὺ ἐπανήκων ἐνέτυχε πόλεως Νισίβιδος οὐ μακρὰν ἄποθεν. διὸ δὴ αὐτοί τε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐγένοντο καὶ, ἐπεὶ τὴν εἰρήνην βεβαιοῦν ἔμελλον, τὰ χρήματα οἱ πρέσβεις ἐνταῦθα ἐκόμιζον.

2. τό τε L. τότε P. 13. ἀπήγγελλεν] Vulgo ἀπήγγελεν. 17. ἤγγελλεν L. ἤγγελεν P.

veteri Constantina: Lazicae castella negavit se redditurum; quamvis aequum esse diceret se a Romanis Pharangium et Bolum castellum recipere. Porro centenarium pendet centum pondo: unde et nomen traxit: *centum* enim vocabulum Romanum est, quod sonat numerum centenarium. Summam hanc auri petebat ille, si quidem Romani nollent nec Daram demoliri, nec praesidium coniuncte cum Persis ad Portas Caspias agitare. Omnia probarunt rataque habuerunt Legati praeterquam unum: quod nempe ad Lazicae castella attineret, negarunt ea se remittere prius posse, quam super his Augusti mentem accepissent. Ad id placuit Rufinum mitti Byzantium, eiusque reditum collegas opperiri, praestituto dierum LXX. spatio ad iter peragendum. Posteaquam Byzantium Rufinus pervenit, conditiones, quibus Chosroes finem bello imponere volebat, proposuit Imperatori: qui tum illis assensus, pacem componi iussit.

Interim falsus venit rumor in Persidem Rufinum fuisse morte affectum ab irato Iustiniano. Inde turbatus iraque incensus Chosroes iam in Romanos exercitum universum ducebat, cum prope Nisibin occurrit ipsi Rufinus rediens. Pertraxit eos opportunitas loci, et quoniam sancienda pax erat, Legati in eam urbem pactum aurum deportaverunt. Interve-

ἀλλ' Ἰουστινιανῷ τὰ Λαζικῆς φρούρια ξυγκεχωρηκότι μετέμελεν H 87
ἤδη, γράμματά τε ἄντικρυς ἀπολέγοντα τοῖς πρέσβεσιν ἔγραφε,
μηδαμῶς αὐτὰ προΐεσθαι Πέρσαις. διὸ δὴ Χοσρόης τὰς σπον-
δὰς θέσθαι οὐκ ἔτι ἠξίου, καὶ τότε Ῥουφίνῳ ἔννοιά τις ἐγένετο C
ὡς ταχύτερα ἢ ἀσφαλέστερα βουλευσάμενος ἐς γῆν τὴν Περσῶν
τὰ χρήματα ἐκκομίσειεν. αὐτίκα γοῦν ἐς τὸ ἔδαφος καθῆκε τὸ
σῶμα, κείμενός τε πρηνὴς Χοσρόην ἱκέτευε τά τε χρήματα
σφίσι ξυμπέμψαι καὶ μὴ ἐπὶ Ῥωμαίους εὐθὺς στρατεύειν, ἀλλὰ
ἐς χρόνον τινὰ ἕτερον τὸν πόλεμον ἀποτίθεσθαι. Χοσρόης δὲ
αὐτὸν ἐνθένδε ἐκέλευεν ἐξανίστασθαι, ἅπαντά οἱ ταῦτα χαριεῖ-
σθαι ὑποσχόμενος. οἵ τε γοῦν πρέσβεις σὺν τοῖς χρήμασιν ἐς
Δάρας ἦλθον καὶ ὁ Περσῶν στρατὸς ὀπίσω ἀπήλαυνε.

Καὶ τότε μὲν Ῥουφῖνον οἱ ξυμπρεσβευταὶ δι' ὑποψίας τε
αὐτοὶ ἐς τὰ μάλιστα ἔσχον καὶ ἐς βασιλέα διέβαλλον, τεκμαιρό- D
μενοι, ὅτι δή οἱ ἅπαντα ὁ Χοσρόης ὅσα ἔχρῃζεν αὐτοῦ ἀναπει-
σθεὶς ξυνεχώρησεν. ἔδρασε μέντοι αὐτὸν διὰ ταῦτα βασιλεὺς οὐ-
δὲν ἄχαρι. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον Ῥουφῖνός τε αὐτὸς καὶ
Ἑρμογένης αὖθις παρὰ Χοσρόην ἐστέλλοντο, ἐς τε τὰς σπονδὰς V 267
αὐτίκα ἀλλήλοις ξυνέβησαν, ἐφ' ᾧ ἑκάτεροι ἀποδώσουσιν ὅσα δὴ
ἀμφότεροι χωρία ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἀλλήλους ἀφείλοντο, καὶ
μηκέτι στρατιωτῶν τις ἀρχὴ ἐν Δάρας εἴη· τοῖς τε Ἴβηρσιν ἐδέ-
δοκτο ἐν γνώμῃ εἶναι ἢ μένειν αὐτοῦ ἐν Βυζαντίῳ, ἢ ἐς σφῶν τὴν

2. γράμματα — Πέρσαις] Suidas s. v. ἀπολεγόμενος. 5. ἀσφαλέστερα] „ἀσφαλέστερον Reg." Malt. 10. ἐκέλευεν L. ἐκέλευσεν P. 21. τοῖς τε Ἴβηρσιν — ἤδη om. RV. ibid. ἐδέδοκτο] ἐδέδοτο Pm.

niunt tali rerum articulo literae Iustiniani, suo in Lazicae castella iure decessisse iam poenitentis, et oratoribus diserte mandantis ne Persis ea concederent: id vero Chosroem a studio pacis avertit. Hic Rufino veneri in mentem venit, ne praecipiti magis quam salubri consilio pecuniam secum in Persidem detulissent. Quare illico se humi provolvit, ac pronus Chosroi supplicat ut sinat reportari pecuniam, neque in praesenti armis petat Romanos, sed in aliud tempus bellum reiiciat. Erigit iacentem Chosroes, ei plane se gratificaturum promittens. Et vero cum pecunia legati Daram venerunt, et Persarum exercitus viam convertit.

Tunc Rufinum collegae maxime suspectum habuerunt, atque adeo criminati sunt apud Imperatorem, hac nixi coniectura, quod ab eo Chosroes sivisset se exorari, neque ipsi quidquam abnuisset. Verum adeo non illum acerbe habuit Imperator, ut ipsum paulo post cum Hermogene ad Chosroem iterum delegaverit. Primo congressu pax inter illos conditionibus his convenit, ut quae loca hoc bello alter alteri eripuisset, utrinque bona fide omnia restituerentur: ne in posterum Dara sedes esset Ducis. Iberibus permitteretur optio, utrum mallent remanere Byzantii, an

πατρίδα ἐπανιέναι. ἦσαν δὲ πολλοὶ καὶ οἱ μένοντες καὶ ἐπανιόντες ἐς τὰ πάτρια ἤδη. οὕτω τοίνυν τήν τε ἀπέραντον καλουμένην εἰρήνην ἐσπείσαντο, ἕκτον ἤδη ἔτος τὴν βασιλείαν Ἰουστινιανοῦ ἔχοντος. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν τό τε Φαράγγιον καὶ Βῶλον τὸ
P 66 φρούριον σὺν τοῖς χρήμασι Πέρσαις ἔδοσαν, Πέρσαι δὲ Ῥωμαίοις τὰ Λαζικῆς φρούρια. καὶ Δάγαριν δὲ Ῥωμαίοις ἀπέδοσαν Πέρσαι, ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον κεκομισμένοι ἄνδρα οὐκ ἀφανῆ. οὗτος ὁ Δάγαρις χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ πολλάκις Οὔννους ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐσβεβληκότας μάχαις νικήσας ἐξήλασεν. ἦν γὰρ διαφερόντως ἀγαθὸς τὰ πολέμια. τὰς μὲν οὖν πρὸς ἀλλήλους σπονδὰς τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀμφότεροι ἐκρατύναντο.

B κγ'. Εὐθὺς δὲ βασιλεῖ ἑκατέρῳ ἐπιβουλὴν γενέσθαι ξυνηνέχθη πρὸς τῶν ὑπηκόων· ὅντινα μέντοι τρόπον, αὐτίκα δηλώσω. Χοσρόης ὁ Καβάδου ἄτακτός τε ἦν τὴν διάνοιαν καὶ νεωτέρων πραγμάτων ἄτοπος ἐραστής. διὸ δὴ αὐτός τε ἀεὶ ἔμπλεως ταραχῆς τε καὶ θορύβων ἐγίνετο καὶ τῶν ὁμοίων τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἰτιώτατος. ἀχθόμενοι οὖν αὐτοῦ τῇ ἀρχῇ ὅσοι ἐν Πέρσαις δραστήριοι ἦσαν, ἕτερον σφίσι βασιλέα καταστήσεσθαι ἐκ τῆς τοῦ
C Καβάδου οἰκίας ἐν βουλῇ εἶχον. καὶ ἦν γὰρ αὐτοῖς πολύς τις πόθος τῆς Ζάμου ἀρχῆς, ἣν δὴ ὁ νόμος, αἰτία τῆς τοῦ ὀφθαλμοῦ λώβης, ὥσπερ μοι ἐρρήθη, ἐκώλυε. λογισάμενοι ηὕρισκον σφίσιν αὐτοῖς ἄμεινον εἶναι Καβάδην μὲν τὸν αὐτοῦ παῖδα καὶ τῷ

3. ἕκτον — ἔχοντος] *anno imperii Iustiniani septimo* RV. 4. τό τε] τότε P. 11. ἐκρατύναντο A. ἐκρατύνοντο P.

repetere patriam. Caeterum mansere horum multi; multi item sedes patrias reviserunt. Ita confecta pax est perpetua, annum principatus agente sextum Iustiniano. Tunc Romani Persis Pharangium castellumque Bolum cum pecunia, Persae Romanis Lazicae castella tradiderunt, et Dagarin quodam alio haud obscuro viro commutarunt. Hic ille est Dagaris, qui multis postea praeliis Hunnos fudit, et ex imperio Romano, in quod se effuderant, exterminavit: vir enim fuit bello egregius.

23. Vix inter Augustum et Regem Persarum pax coaluerat, cum uterque insidiis subditorum appetitus fuit: quo res pacto contigerit iamiam narrabo. Chosroes Cabadis filius inquieto erat ingenio, et rerum novarum cupido ad insaniam. Inde fiebat ut nunquam vacuus esset mentis tumultibus, nec se ipse solum, sed omnes etiam turbaret. Quamobrem strenuissimi quique Persarum graviter ferentes dominatum eius, de alio sibi Rege e domo Cabadis constituendo habere inter se consilium coeperunt. Id unice optabant ut Zames regno potiretur, a quo tamen ob oculi vitium, quemadmodum supra commemoravi, lex ipsum excludebat. Tandem re ponderata, in hanc, quae potior visa est, sententiam iverunt, oportere Regem creari Cabadem eius filium et avo cognominem;

πάππῳ ὁμώνυμον ἐς τὴν ἀρχὴν καταστήσεσθαι, Ζάμην δὲ, ἅτε τῷ παιδὶ ἐπίτροπον ὄντα, διοικεῖσθαι ὅπῃ βούλοιτο τὰ Περσῶν πράγματα. γενόμενοί τε παρὰ τὸν Ζάμην τό τε βούλευμα ἐξήνεγκαν καὶ προθυμίᾳ πολλῇ ἐγκελευόμενοι ἐς τὴν πρᾶξιν ἐνῆγον. καὶ ἐπεὶ τὸν ἄνδρα ἡ βουλὴ ἤρεσκεν, ἐς καιρὸν τῷ Χοσρόῃ ἐπι- D θήσεσθαι διενοοῦντο. ἔκπυστος δὲ ἡ βουλὴ μέχρι ἐς τὸν βασιλέα γεγενημένη τὰ πρασσόμενα διεκώλυσε. Ζάμην τε γὰρ αὐτὸν ὁ Χοσρόης καὶ τοὺς αὐτοῦ τε καὶ Ζάμου ἀδελφοὺς ἅπαντας ξὺν γόνῳ παντὶ ἄρσενι ἔκτεινε, καὶ Περσῶν τοὺς δοκίμους ὅσους ἐπ' αὐτῷ βεβουλευμένους ἢ ἄρξαι ἢ μεταλαχεῖν τρόπῳ δὴ ὅτῳ τετύχηκεν. ἐν τοῖς καὶ Ἀσπεβέδης ἦν ὁ τῆς Χοσρόου μητρὸς ἀδελφός.

Καβάδην μέντοι τὸν Ζάμου υἱὸν αὐτὸς μὲν κτείνειν οὐδαμῇ P 67 εἶχεν. ἔτι γὰρ ὑπὸ Χαναράγγῃ τῷ Ἀδεργουδουνβάδῃ ἐτρέφετο. αὐτῷ δὲ Χαναράγγῃ τὸν παῖδα τοῦτον, ὅνπερ ἐθρέψατο, ἐπέστελλε διαχρήσασθαι. οὔτε γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἀπιστεῖν ἐδικαίου οὔτε ἄλλως αὐτὸν βιάζεσθαι εἶχεν. ὁ μὲν οὖν Χαναράγγης, ἐπεὶ τὰς Χοσρόου ἐντολὰς ἤκουσε, περιαλγήσας τε καὶ ἀποκλαύσας τὴν συμφορὰν ἐκοινολογεῖτο τῇ γυναικὶ καὶ Καβάδου τίτθῃ ὅσα οἱ ὁ βασιλεὺς ἐπιστείλειε. δακρύσασα δὲ ἡ γυνὴ καὶ τῶν γονάτων τοῦ ἀνδρὸς λαβομένη ἐχρῇζε τέχνῃ μηδεμιᾷ Καβάδην κτεῖναι.

9. περσῶν τοὺς δοκίμους A. Περσῶν δοκίμων P. *ibid.* ὅσους] Legebatur ὅσους τοὺς. 10. ὅτῳ] „Ita correxi, cum scriptum viderem οὕτω." Malt. Ad ὅτῳ nihil diversitatis annotatum ex AL. 11. Ἀσπεβέδης] Scribebatur Ἀπεβέδης. *Aspebedes* RV. Conf. ad p. 51, 1. *ibid.* Ἀδεργουδουνβάδῃ] ἀδεργουμάνδῃ H, sed illud Hm. *Adeogundubadi* RV. Conf. p. 33, 1. 12.

Zami autem mandari filii curationem, ut eo nomine rem ipse Persicam ad arbitrium moderaretur. Tum ad Zamem adeunt, consilium susceptum explicant, omni instant ope ac stimulos subdunt. Concessit ille in eorum sententiam, nihil ut iam nisi idoneum invadendo Chosroi tempus aucuparentur. Sed patefacta Chosroi conspiratio ad nihilum recidit. Enimvero Zamem Chosroes et suos ipsiusque fratres cum omni prole mascula interfecit: una etiam sustulit nobiles Persas, quotquot comperit vel authores vel quomodocunque participes extitisse coniurationis: atque in his fuit avunculus Chosrois Apebedes.

Unus restabat Zamis filius Cabades, quem Chosroes e medio tollere per se ipse non poterat, cum adhuc infans sub manu Aderguduobadis Chanarangis educaretur. Et quoniam tali viro nec diffidendum putabat Chosroes, nec, quod caput erat, valebat afferre vim; satis habuit demandare alumni caedem. Hoc ubi iussum accepit Chanaranges, rem impertiit uxori suae ac nutrici Cabadis, dolens ac deplorans ipsius vicem. Hic uxor quoque effundere lacrymas, amplexari mariti genua, et enixe ab eo vitam Cabadis deprecari. Ergo inita deliberatione constituerunt

H 38 B βουλευσάμενοι οὖν ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἐλογίσαντο κρυπτόμενον μὲν ὡς ἀσφαλέστατα τὸν παῖδα ἐκτρέφειν, τῷ δὲ Χοσρόῃ κατὰ τάχος σημῆναι ὥς οἱ ὁ Καβάδης ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθείη. καὶ τῷ
V 268 τε βασιλεῖ κατὰ ταῦτα ἐσήμαινον τόν τε Καβάδην οὕτως ἀπέκρυψαν, ὥστε τούτου γε παρείχοντο οὐδενὶ αἴσθησιν, ὅτι μὴ Οὐαρράμῃ τε τῷ σφετέρῳ παιδὶ καὶ τῶν οἰκετῶν ἑνί, ὃς δὴ αὐτοῖς πιστότατος ἐς τὰ μάλιστα ἔδοξεν εἶναι. ἐπεὶ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ἐς ἡλικίαν ὁ Καβάδης ἦλθε, δείσας ὁ Χαναράγγης μὴ τὰ πεπραγμένα εἰς φῶς ἄγοιτο, χρήματά τε τῷ Καβάδῃ ἐδίδου καὶ αὐτὸν ἀπαλλαγέντα ἐκέλευε διασώζεσθαι ὅπῃ οἱ φεύγοντι δυνατὰ εἴη. τότε μὲν οὖν Χοσρόην τε καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ταῦτα
C διαπεπραγμένος ὁ Χαναράγγης ἐλάνθανε.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὁ μὲν Χοσρόης ἐς γῆν τὴν Κολχίδα στρατῷ μεγάλῳ ἐσέβαλλεν, ὥς μοι ἐν τοῖς ὄπισθεν λόγοις γεγράψεται. εἵπετο δὲ αὐτῷ ὁ τούτου δὴ τοῦ Χαναράγγου υἱὸς Οὐαρράμης, ἄλλους τε τῶν οἰκετῶν ἐπαγόμενος καὶ ὃς αὐτῷ τὰ ἐς τὸν Καβάδην ξυνεπιστάμενος ἔτυχεν· ἐνταῦθα δὲ τῷ βασιλεῖ Οὐαρράμης τὰ ἀμφὶ τῷ Καβάδῃ ἅπαντα ἔφραζε, καὶ τὸν οἰκέτην ἐφ' ἅπασίν οἱ ὁμολογοῦντα παρείχετο. ταῦτα ἐπεὶ ὁ Χοσρόης ἔγνω, τῷ τε θυμῷ ἤδη ὑπερφυῶς εἴχετο καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο εἰ πρὸς δούλου ἀνδρὸς τοιαῦτα ἔργα πεπονθὼς εἴη, οὐκ ἔχων τε ὅπως οἱ
D ὑποχείριον τὸν ἄνδρα ποιοίη, ἐπενόει τάδε. ἡνίκα ἐκ γῆς τῆς Κολχίδος ἐπ' οἴκου ἀναχωρεῖν ἔμελλε, γράφει τῷ Χαναράγγῃ

4. οὕτως] οὕτω P. 12. Χαναράγγης] χαρανάγγης H: illud Hm. Et sic infra aliquoties. 14. ὄπισθεν] ὄπισθε L. 22. γῆς τῆς] τῆς om. L.

in latebris tutissimis puerulum alere et significare quamprimum Chosroi Cabadem; prout iusserat, interemptum. His Regi pro certo traditis, ita Cabadem abdiderunt, ut praeter Varrhamem ipsorum filium, unumque e famulis, quem multo fidissimum iudicabant, neminem conscium latebrarum habuerint. Progrediente aetate cum adolevisset Cabades, veritus Chanaranges ne res proferretur in lucem, eum instruxit pecunia, ac dimisit, iubens fuga evadere quocumque posset. Eo perduxerat consilium Chanaranges; nihil dum tamen Chosroi, nihil cuiquam alii suboluerat.

Post tandem Chosroes cum magno exercitu in Colchidem irrupit: quam ego expeditionem proximo libro complectar, eumque secutus est Chanarangis filius Varrhames, illum habens in famulorum grege, qui conscius erat collatae in Cabadem benignitatis. Hoc loco Varrhames Regi fortunam omnem Cabadis narrat, sibique consentientem producit famulum. Quibus Chosroes auditis incredibiliter exarsit, ita habitum se a subdito fremens ferensque indignissime. Cum autem illum vi deducere in manus suas nequiret, hanc artem commentus est. Sub reditum e Colchide Chanarangi scribit constitutum sibi esse Romanum imperium ag-

τούτῳ ὅτι δὴ αὐτῷ βεβουλευμένα εἴη παντὶ τῷ στρατῷ ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐμβαλεῖν, οὐκ ἐν μιᾷ μέντοι τῆς χώρας εἰσόδῳ, ἀλλὰ δίχα ποιησαμένῳ τὸ Περσῶν στράτευμα, ὅπως οἱ ἐντός τε καὶ ἐκτὸς ποταμοῦ Εὐφράτου ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἡ ἐσβολὴ ἔσται. μιᾷ μὲν οὖν τῆς στρατιᾶς μοίρᾳ ἐς τὴν πολεμίαν αὐτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐξηγήσεσθαι, ἑτέρῳ δὲ οὐδενὶ ἐνδιδόναι τῶν αὐτοῦ δούλων ἴσα τῷ βασιλεῖ ἐν ταύτῃ δὴ τῇ τιμῇ ἔχειν, ὅτι μὴ αὐτῷ Χαναράγγῃ τῆς ἀρετῆς ἕνεκα. δεῖν τοίνυν αὐτὸν μὲν ἐν τῇ ἀποπορείᾳ κατὰ τάχος οἱ ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, ὅπως αὐτῷ κοινολογησάμενος ἅπαντα ἐπιστέλλοι ὅσα ξυνοίσειν τῇ στρατιᾷ μέλλοι, τοὺς δὲ ξὺν P 68 αὐτῷ ὄπισθε κελεύειν ὁδῷ ἰέναι. ταῦτα ἐπεὶ ὁ Χαναράγγης ἀπενεχθέντα εἶδε, περιχαρὴς γεγονὼς τῇ εἰς αὐτὸν τοῦ βασιλέως τιμῇ, μακράν τε ἀπολελειμμένος τῶν οἰκείων κακῶν, αὐτίκα τὰ ἐντεταλμένα ἐπιτελῆ ἐποίει. ἐν δὲ τῇ ὁδῷ ταύτῃ ἀντέχειν τῷ πόνῳ οὐδαμῇ ἔχων (ἦν γάρ τις γέρων ὁ ἀνὴρ μάλιστα) τόν τε χαλινὸν μεθεὶς τοῦ ἵππου ἐκπίπτει καί οἱ τὸ ἐν τῷ σκέλει ὀστέον ἐῤῥάγη· διὸ δὴ αὐτῷ ἐπάναγκες ἦν ἐνταῦθα θεραπευομένῳ ἡσυχῇ μένειν, ἔς τε τὸ χωρίον τοῦτο τῷ βασιλεῖ ἥκοντι ἐς ὄψιν ἦλθε. καὶ αὐτῷ Χοσρόης ἔφασκε ξυστρατεύειν σφίσιν οὕτως ἔχοντι τοῦ ποδὸς ἀδύνατα εἶναι, ἀλλὰ χρῆναι αὐτὸν ἔς τι τῶν ἐκείνῃ φρου- B ρίων ἰόντα τῆς πρὸς τῶν ἰατρῶν ἐπιμελείας ἐνταῦθα τυχεῖν. οὕτω μὲν ὁ Χοσρόης τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τὸν ἄνθρωπον ἀπεπέμ-

2. τὴν] τῶν P. 5. αὐτὸν] αὐτῶν H. 7. Χαναράγγῃ] χαρανάγκῃ A. 8. ἀποπορείᾳ] ἄπο πορείᾳ A. ἀπορείᾳ H. πορείᾳ Hm. ἀπορίᾳ P. „Legendum forte ἀπαπορείᾳ. Reg. habet πορείᾳ.“ Malt. *in tanta necessitate* RV. 9. οἱ add. A. 11. κελεύειν L. κελεύει P. 21. ἐνταῦθα] ἐνταῦτα L.

gredi viribus omnibus, non una via, sed divisis bifariam copiis, ut in hostem irruptio fieret qua trans qua cis Euphratem: ac partem quidem alteram eductarum se pro dignitate sua; alium vero e subditis neminem unum, praeter ipsum esse, quem possit virtutis ergo in aequam secum honoris partem vocare, atque ita facere Regi parem: maturet igitur sibi obviam venire, volenti coram cum ipso agere, deque eius consilio praescribere omnia quae e re fuerint militari. Tum quosdam, qui illum in via subsequerentur misit. Lectis Chanaranges literis, exequi mandata properat, incedens omnibus laetitiis ob delatum a Rege honorem, et cogitatione longe abstractus ab imminente exitio. At viae labori impar, exactae iam atque effoetae aetatis vir, dum remissius habenas regit, ex equo decidit. Casu cruris osse confracto, ibi quiescere, ut curationem admitteret, necesse habuit. Quo Rex cum pervenisset, eum invisit, ac negavit fieri posse, ut ita affecto pede proficisceretur secum ad bellum; sed consentaneum esse deferri ipsum in vicinum castellum aliquod, ubi a medicis commodius curaretur. Sic illum Chosroes leti viam ingredi

ψατο, καὶ ξὺν αὐτῷ ὄπισθεν εἵποντο οἵπερ αὐτὸν ἐν τῷ φρου-
ρίῳ ἀπολεῖν ἔμελλον, ἄνδρα ἐν Πέρσαις ἀήττητον στρατηγὸν ὄντα
τε καὶ λεγόμενον, ὅσπερ ἐπὶ δώδεκα ἔθνη βαρβάρων στρατεύσας
ἅπαντα Καβάδῃ βασιλεῖ παρεστήσατο. τοῦ δὲ Ἀδεργουδουνβά-
δου ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντος, Οὐαρράμης ὁ παῖς τὸ τοῦ Χα-
ναράγγου ἀξίωμα ἔσχε. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον εἴτε Καβά-
C δης αὐτὸς ὁ τοῦ Ζάμου υἱὸς εἴτε τις ἄλλος ἐπιβατεύων τοῦ Κα-
βάδου ὀνόματος ἐς Βυζάντιον ἦλθε· Καβάδης μέντοι βασιλεῖ
τὴν ὄψιν ἐμφερέστατος ἦν. καὶ αὐτὸν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἀμ-
φιγνοῶν μέν, ἅτε δὴ Καβάδου βασιλέως υἱωνόν, ξὺν φιλοφρο-
σύνῃ πολλῇ ἐν τιμῇ ἔσχε. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Πέρσας τοὺς Χοσ-
ρόῃ ἐπαναστάντας ἐγένετο ὧδε.

Ὕστερον δὲ καὶ τὸν Μεβόδην ὁ Χοσρόης διεχρήσατο ἐξ αἰ-
τίας τοιᾶσδε. τῶν τι σπουδαίων διαχειρίζων παρόντι τῷ Ζαβερ-
γάνῃ ἐπέταττε τὸν Μεβόδην καλεῖν· ἐτύγχανε δὲ τῷ Μεβόδῃ ὁ
Ζαβεργάνης διάφορος ὤν· ὃς δὴ παρ' αὐτὸν ἀφικόμενος εὗρι-
σκε μὲν στρατιώτας τοὺς αὐτῷ ἑπομένους διέποντα, ἔλεγε δὲ ὅτι
D δὴ αὐτὸν ὡς τάχιστα ὁ βασιλεὺς καλοίη. καὶ ὁ μὲν αὐτίκα μάλα,
V 269 ἐπειδὰν τὰ ἐν ποσὶ διάθηται, ἕψεσθαι ὡμολόγει, ὁ δὲ τῷ ἐς
H 39 αὐτὸν ἔχθει ἠγμένος ἀπήγγειλε Χοσρόῃ ὡς οὐ βούλοιτο Μεβόδης
ἐν τῷ παρόντι ἥκειν, φάσκων οἵ τινα ἀσχολίαν εἶναι. θυμῷ τοί-
νυν ὁ Χοσρόης ἐχόμενος, στείλας τῶν οἱ ἑπομένων τινά, παρὰ

2. ἀπολεῖν] ἀπολλύναι Hm. 3. στρατεύσας] στρατευσάμενος L a m. sec. 4. Ἀδεργουδουνβάδου] Scribebatur Ἀδεργουνδουβάδου. 20. ἀπήγγειλε] ἀπήγγελλε HL.

iussit, iis comitatum, a quibus in castello necandus erat: vir inter Persas talis reipsa, qualem communis omnium vox ferebat; Dux nempe invictus, qui susceptis expeditionibus in Barbaras nationes duodecim, omnes in Regis Cabadis ditionem subiunxerat. Extincto Adergudunbade, eius filius Varrhames dignitatem obtinuit Chanarangis. Quidam haud multo post venit Byzantium Cabades, sive is fuerit Zamis filius, sive quis alius qui sibi arrogasset Cabadis nomen: Regem certe Cabadem omnino vultu referebat. Quem Iustinianus, ut eius nepotem, subdubitans licet, perhonorifice excepit habuitque liberalissime. Hos demum habuere exitus Persae, qui Chosroem oppugnaverant.

Mebodem quoque postea idem morte multavit, istam ob causam. Cum rem aliquando Chosroes gravissimam tractaret, astanti forte Zabergani Mebodem ut accerseret imperavit. Animo erat alieno a Mebode Zaberganes, qui ubi illum adiit, milites suos componentem offendit: nihilominus aperit mandatum Regis, iubentis sine mora adesse. Statim is venturum se recepit, ubi praesens negotium expediisset. Reversus Zaberganes, dictante odio, renuntiat Chosroi Mebodem negotium causantem aliquod in praesenti venire nolle. Iratus Chosroes Mebodi per quemdam

τὸν τρίποδα τὸν Μεβόδην ἐκέλευεν ἰέναι. ὅ τι δὲ τοῦτό ἐστιν, αὐτίκα δηλώσω. τρίπους σιδηροῦς πρὸ τῶν βασιλείων ἀεὶ ἕστηκεν. ἐπειδὰν οὖν τις τῶν Περσῶν πύθηται ὅτι δὴ αὐτῷ ὁ βασιλεὺς χαλεπῶς ἔχοι, τούτῳ δὲ οὔτε πῃ ἐς ἱερὸν καταφυγεῖν θέμις οὔτε ἀλλαχόσε ἰέναι, ἀλλὰ παρὰ τοῦτον καθημένῳ τὸν τρίποδα τὴν βασιλέως προσδέχεσθαι ψῆφον, τῶν πάντων οὐδενὸς φυλάσσειν αὐτὸν ἀξιοῦντος. ἐνταῦθα ὁ Μεβόδης ἐν σχήματι οἰκτρῷ ἐκάθητο ἡμέρας πολλὰς, ἕως τις αὐτὸν Χοσρόου ἐπαγγείλαντος P 69 λαβὼν ἔκτεινεν. ἐς τοῦτό τε αὐτῷ τὰ τῆς ἐς Χοσρόην εὐεργεσίας ἐχώρησεν.

κδ'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐν Βυζαντίῳ στάσις τῷ B δήμῳ ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου ἐνέπεσεν, ἣ μεγίστη τε παρὰ δόξαν ἐγένετο καὶ ἐς κακὸν μέγα τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ ἐτελεύτησε τρόπῳ τοιῷδε. οἱ δῆμοι ἐν πόλει ἑκάστῃ ἔς τε Βενέτους ἐκ παλαιοῦ καὶ Πρασίνους διῄρηντο, οὐ πολὺς δὲ χρόνος ἐξ οὗ τούτων τε τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν βάθρων ἕνεκα, οἷς δὴ θεώμενοι ἐφεστήκασι, τά τε χρήματα δαπανῶσι καὶ τὰ σώματα αἰκισμοῖς πικροτάτοις προΐενται καὶ θνήσκειν οὐκ ἀπαξιοῦσι θανάτῳ αἰσχίστῳ· μάχονται δὲ πρὸς τοὺς ἀντικαθισταμένους, οὔτε εἰδότες C ὅτου αὐτοῖς ἕνεκα ὁ κίνδυνός ἐστιν, ἐξεπιστάμενοί τε ὡς, ἢν καὶ περιέσονται τῶν δυσμενῶν τῇ μάχῃ, λελείψεται αὐτοῖς ἀπαχθῆ-

4. χαλεπῶς L. χαλεπὸς P. 16. βάθρων A. Legebatur βαφῶν, quod A a corr. habet. *ibid.* θεώμενοι] θεάμασιν Pm. 21. περιέσονται] περιέσωνται L.

e suis asseclis imperat ut eat ad tripodem. Quid hoc rei sit, paucis explico. Stat semper pro Regia tripus ferreus. Ubi quis Persarum sibi Regem offensum esse accepit, illi non in templum ullum, non alio quoquam licet perfugere; sed pro tripode sedens expectare debet sententiam Regis, neque hunc audet quisquam tueri. Hic Mebodes miserabili habitu dies multos resedit, donec iussu Chosrois a quodam comprehensus et confossus occubuit. Hoc denique praemium infelix tulit suorum in Chosroem meritorum.

24. Sub idem fere tempus plebem Byzantinam incessit seditio repens, quae maiorem in modum praeter opinionem exarsit, et cum populo tum Senatui funestissimum finem habuit: quod uti contigerit, planum faciam. Pervetus quidem est in civitatibus singulis factionum Venetae Prasinaeque discrimen: haud tamen ita vetus insania, qua nominibus his et coloribus, quibus conspicui ludis intersunt, ita sunt dediti, ut eorum gratia fortunas profundant, corpora cruciatibus acerbissimis offerant, nec mortem defugiant vel turpissimam. Cum adversariis digladiantur, ignari causae, cur in periculum se ac dimicationem coniiciant; at non ignari paratae poenae, cum probe sciant se quamvis victores sub ipsam

ναι μὲν αὐτίκα ἐς τὸ δεσμωτήριον, αἰκιζομένους δὲ τὰ ἔσχατα εἶτα ἀπολωλέναι. φύεται μὲν οὖν αὐτοῖς τὸ ἐς τοὺς πέλας ἔχθος αἰτίαν οὐκ ἔχον, μένει δὲ ἀτελεύτητον ἐς τὸν πάντα αἰῶνα, οὔτε κήδει οὔτε συγγενείᾳ οὔτε φιλίας θεσμῷ εἶκον, ἢν καὶ ἀδελφοὶ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτό γέ οἱ ἐς τὰ χρώματα ταῦτα φιλοστοργοῦντες διά- D *φοροι εἶεν. μέλει τε αὐτοῖς οὔτε θείων οὔτε ἀνθρωπείων πραγμάτων παρὰ τὸ ἐν τούτοις νικᾶν, ἤν τέ τι ἀσέβημα εἰς τὸν θεὸν ὑφ' ὁτουοῦν ἁμαρτάνηται ἤν τε οἱ νόμοι καὶ ἡ πολιτεία πρὸς τῶν οἰκείων ἢ τῶν πολεμίων βιάζωνται, ἐπεὶ καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανίζοντες ἴσως, κἂν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ἀδικουμένης αὐτοῖς τῆς πατρίδος, οὐ προσποιοῦνται, ἤν γε αὐτοῖς κεῖσθαι τὸ μέρος τοῦτο ἐν καλῷ μέλλῃ· οὕτω γὰρ τοὺς συστασιώτας καλοῦσι. μεταλαγχάνουσι δὲ τοῦ ἄγους τούτου καὶ γυναῖκες αὐτοῖς, οὐ τοῖς ἀνδρά-* P 70 *σιν ἑπόμεναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτοις, ἂν οὕτω τύχοι, ἀντιστατοῦσαι, καίπερ οὔτε ἐς τὰ θέατρα τὸ παράπαν ἰοῦσαι οὔτε τῷ ἄλλῳ αἰτίῳ ἠγμέναι· ὥστε οὐκ ἔχω ἄλλο τι ἔγωγε τοῦτο εἰπεῖν ἢ ψυχῆς νόσημα. ταῦτα μὲν οὖν ταῖς τε πόλεσι καὶ δήμῳ ἑκάστῳ ὧδέ πη ἔχει.*

Τότε δὲ ἡ ἀρχή, ἣ τῷ δήμῳ ἐφειστήκει ἐν Βυζαντίῳ, τῶν στασιωτῶν τινας τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἦγε. ξυμφρονήσαντες δὲ καὶ σπεισάμενοι πρὸς ἀλλήλους ἑκάτεροι τούς τε ἀγομένους ἁρπάζουσι

8. 4. *οὔτε* ter] *οὐδὲ* ter P. 4. *ἀδελφοὶ* A. *ἀδελφὸς* P. 12. *μεταλαγχάνουσι*] *μεταλαχάνουσι* A. 15. *οὔτε — οὔτε*] *οὐδὲ — οὐδὲ* P.

statim pugnam raptum iri in carcerem, indeque ad extremum supplicium. Alter ab altero nulla iniuria provocati, odium inter se suscipiunt adeo inexpiabile, ut licet germanitatis aut alio huiuscemodi vinculo iuncti sint, qui colorum istorum diversis inviceem studiis dissident, nulli tamen necessitudini, non consanguinitati, non legibus amicitiae concedat. Prae victoria, quam in his ambiunt, divina aeque apud illos humanaque iacent omnia: neque ipsis pensi est, quid socii aemulive impie in Deum peccent, aut quo scelere leges remque publicam violent. Eos nec rei familiaris angustia, nec summa iniuria, quae in maximis necessitatibus infertur patriae, movet; dummodo *Pars* (ita vocant socios factionis) belle se habeat. Neque ipsae foeminae hoc piaculo vacant: siquidem eandem cum viris suis, vel forte adversam factionem sequuntur: quamvis spectaculis omnino abstineant, neque alio quoquam agi irritamento possint; ut illud ego verius nequeam appellare, quam animi morbum meramque insaniam. En quo civitates popularesque factiones hodie redactae sunt.

Cum autem Praefectus urbis factiosos aliquos ad mortem raperet, utriusque partis homines inito inter se foedere et conspiratione conflata fecere impetum, ac sontes, qui abducebantur, eripuere: mox etiam in-

καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον αὐτίκα ἐσβάντες ἀφιᾶσιν ἅπαντας ὅσοι στάσεως ἢ ἑτέρου του ἁλόντες ἀτοπήματος ἐδέδεντο. καὶ οἱ μὲν V 270 ὑπηρέται, ὅσοι τῇ τῆς πόλεως ἀρχῇ ἕπονται, ἐκτείνοντο οὐδενὶ B λόγῳ, τῶν δὲ πολιτῶν εἴ τι καθαρὸν ἦν ἐς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον ἔφευγον, καὶ τῇ πόλει πῦρ ἐπεφέρετο, ὡς δὴ ὑπὸ πολεμίοις γεγενημένῃ. καὶ τὸ ἱερὸν ἡ Σοφία τό τε βαλανεῖον ὁ Ζεύξιππος καὶ τῆς βασιλέως αὐλῆς τὰ ἐκ τῶν προπυλαίων ἄχρι ἐς τὸν Ἄρεως λεγόμενον οἶκον καυθέντα ἐφθάρη. ἐπὶ τούτοις τε ἅμα αἱ μεγάλαι στοαὶ μέχρι τῆς ἀγορᾶς ἀνήκουσαι, ᾗ Κωνσταντίνου ἐπώνυμός ἐστιν, εὐδαιμόνων τε ἀνθρώπων οἰκίαι πολλαὶ καὶ χρήματα μεγάλα. βασιλεὺς δὲ καὶ ἡ συνοικοῦσα καὶ τῶν ἀπὸ βουλῆς ἔνιοι καθείρξαντες σφᾶς αὐτοὺς ἐν παλατίῳ ἡσύχαζον. ξύμβολον C δὲ ἀλλήλοις ἐδίδοσαν οἱ δῆμοι τὸ νίκα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐς τόδε τοῦ χρόνου ἡ κατάστασις ἐκείνη προσαγορεύεται.

Τότε τῆς μὲν αὐλῆς ἔπαρχος Ἰωάννης ἦν ὁ Καππαδόκης, Τριβουνιανὸς δέ, Πάμφυλος γένος, βασιλεῖ πάρεδρος, κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. τούτοιν ἅτερος, Ἰωάννης, λόγων μὲν τῶν ἐλευθερίων καὶ παιδείας ἀνήκοος ἦν. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα, καὶ ταῦτα H 40 κακὰ κακῶς γράψαι· φύσεως δὲ ἰσχύϊ πάντων γέγονε δυνατώτα-

17. μὲν τῶν om. Suidas s. v. ἀνήκοος. 19. ὅτι μὴ γράμματα, καὶ ταῦτα κακὰ κακῶς γράψαι] Aristoph. Equit. 189. οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς. 20. κακὰ om. Suidas s. v. γραμματιστής. ibid. δυνατώτατος] δεινότατος Suidas s. v. Ἰωάννης.

gressi carcerem, reos, quotquot seditionis aliusve cuiuspiam sceleris convicti vinculis attinebantur, laxarunt, omnibus ad unum per libidinem caesis Praefecti apparitoribus. Civium optimi ac praestantissimi servabant se integros neutrique erant factioni addicti, in adversam continentem fugerunt, dum urbs, tanquam si capta ab hoste esset, sic illatis facibus deflagraret. Igni corruptum est templum Sophiae, Zeuxippi balneum, et ex aula Imperatoris quidquid a vestibulo ad Martis oecum pertinebat, magnae praeterea porticus ad forum usque Constantini procurrentes, domus item permultae locupletum civium, unaque immanis auri argentique vis. Interea Augustus palatio se tenebat cum uxore ac Senatoribus nonnullis. Porro factiosi pro tessera inter se usurpabant hanc vocem, Vince: quae transiit in seditionis illius nomen.

Erat id temporis Praefectus Praetorio Ioannes Cappadox; Augusti assessor sive, ut lingua Rom. dicitur, Quaestor, Tribunianus, natione Pamphylus. Ac Ioannes quidem ingenuarum erat disciplinarum atque eruditionis expers. Nam apud ludimagistrum nihil aliud nisi literas scribere, et quidem prave atque ineleganter, didicerat. At ingenii vi supra omnes, quos equidem noverim, pollebat; ita ut rerum vel opportunitates videre, vel nodos expedire pari nemo facilitate posset. Illa vero ingenii

D τος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. γνῶναί τε γὰρ τὰ δέοντα ἱκανώτατος ἦν καὶ λύσιν τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν. πονηρότατος δὲ γεγονὼς ἀνθρώπων ἁπάντων τῇ τῆς φύσεως δυνάμει ἐς τοῦτο ἐχρῆτο, καὶ οὔτε θεοῦ λόγος οὔτε ἀνθρώπων αὐτὸν αἰδώς τις ἐσῄει, ἀλλὰ βίους τε αὐτῷ ἀνθρώπων πολλῶν ἀπολλύναι κέρδους ἕνεκα καὶ πόλεις ὅλας καθελεῖν ἐπιμελὲς ἦν. χρόνου γοῦν ὀλίγου χρήματα μεγάλα περιβαλλόμενος ἐς κραιπάλην τινὰ ἐκλελάκτικεν ὅρον οὐκ ἔχουσαν, ἄχρι μὲν ἐς τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν ληϊζόμενος τὰς τῶν ὑπηκόων
P 71 οὐσίας, μέθῃ δὲ τὸ λοιπὸν καὶ σώματος ἔργοις ἀσελγεστάτοις ἠσχολημένος, κατέχειν ἑαυτὸν οὐδαμῇ ἴσχυεν, ἀλλὰ τά τε βρώματα μέχρι ἐς τὸν ἔμετον ἤσθιε καὶ τὰ χρήματα κλέπτειν μὲν ἦν ἐς ἀεὶ ἕτοιμος, προΐεσθαι δὲ καὶ δαπανᾶν ἑτοιμότατος. Ἰωάννης μὲν οὖν τοιοῦτος ἦν. Τριβουνιανὸς δὲ φύσεως μὲν δυνάμει ἐχρῆτο καὶ παιδείας ἐς ἄκρον ἀφίκετο τῶν κατ᾽ αὐτὸν οὐδενὸς ἧσσον, ἐς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακὼς οἷός τε ἦν κέρδους ἀεὶ τὸ δίκαιον ἀποδίδοσθαι, τῶν τε νόμων ἡμέρᾳ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἑκάστῃ τοὺς μὲν ἀνῄρει, τοὺς δὲ ἔγραφεν, ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις κατὰ τὴν χρείαν ἑκάτερον.

Ἕως μὲν οὖν ὁ δῆμος ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς χρώμασιν ὀνομάτων
B τὸν πόλεμον πρὸς ἀλλήλους διέφερον, λόγος οὐδεὶς ἦν ὧν οὗτοι

6. περιβαλλόμενος] περιβαλόμενος A. Illud Suidas. 9. ἀσελγεστάτοις] ἀσελγέσιν Suidas. 10. ἑαυτὸν] δὲ αὐτὸν Suidas. 11. μέχρι ἐς τὸν ἔμετον] μέχρις ἐς ὅσον Suidas. 12. ἐς ἀεὶ om. Suidas. *ibid.* ἑτοιμότατος] ἑτοιμότερος Suidas. 14. ἐς ἄκρον] εἰς ἄκρον τε Suidas s. v. Τριβωνιανός. 16. ἡμέρᾳ — ἑκάστῃ] ἡμέρα — ἑκάστη H. ἡμέρας — ἑκάστης Suidas. 18. ἑκάτερον] ἑκατέρου Suidas.

vi ad improbitatem, qua etiam mortales omnes superabat, abutebatur. Non respectus Dei, non hominum reverentia unquam eius animum subiit. Ad quaestum maxime se adhibebat accumulatis caedibus et urbium integrarum excidiis faciendum. Quibus artibus cum ad magnas pecunias brevi tempore venisset, extra modum in crapulam sese effudit, ita diem partiri solitus, ut ad horam prandii expilandis subditorum fortunis vacaret; quod supererat, in temulentia obscoenisque corporis voluptatibus traduceret, adeo sui impotens, ut cibis se ad vomitum expleret. Semper quidem ad corradendum aurum paratus erat; sed ad prodigendum multo etiam comparatior. His moribus Ioannes, hac natura praeditus fuit. Tribunianus autem cum ingenii et ipse acie valebat, tum apicem eruditionis attigerat, sic ut nullum aetatis suae mortalium haberet hac laude superiorem.' Verum hianti homo et inexplebili avaritia, unice lucro serviebat, erantque apud illum iura venalia. Iamdiu legum nundinationi deditus, quotidie pretio refigebat alias, alias figebat, prout e re erat atque usu poscentium.

Utrique in Remp. peccare impune ac sine publica querela licuit, quamdiu fuit populus contentione distractus propter nominum diversitatem

ἐς τὴν πολιτείαν ἡμάρτανον· ἐπεὶ δὲ ξυμφρονήσαντες, ὥσπερ ἐρρήθη, ἐς τὴν στάσιν κατέστησαν, ἔκ τε τοῦ ἐμφανοῦς ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐς αὐτοὺς ὕβριζον καὶ περιιόντες ἐζήτουν ἐφ᾽ ᾧ κτείνουσι. διὸ δὴ ἑταιρίζεσθαι βασιλεὺς τὸν δῆμον ἐθέλων ἄμφω τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ παραυτίκα παρέλυσε. καὶ Φωκᾶν μὲν, ἄνδρα πατρίκιον, ἔπαρχον τῆς αὐλῆς κατεστήσατο, ξυνετώτατόν τε καὶ τοῦ δικαίου ἐπιμελεῖσθαι ἱκανῶς πεφυκότα· Βασιλείδην δὲ τὴν τοῦ κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχειν ἐκέλευεν, ἔκ τε ἐπιεικείας γνώριμον ἐν πατρικίοις ὄντα καὶ ἄλλως δόκιμον. οὐδὲν μέντοι ἧσσον ἡ
στάσις ἐπ᾽ αὐτοῖς ἤκμαζε. πέμπτῃ δὲ ἀπὸ τῆς στάσεως ἡμέρᾳ C
περὶ δείλην ὀψίαν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς Ὑπατίῳ τε καὶ Πομπηΐῳ τοῖς Ἀναστασίου τοῦ βεβασιλευκότος ἀδελφιδοῖς οἴκαδε ὡς τάχιστα ἐπέσκηπτεν ἰέναι, εἴτε τι νεώτερον πράσσεσθαι πρὸς αὐτῶν ἐς σῶμα τὸ οἰκεῖον ὑποτοπήσας εἴτε καὶ αὐτοὺς ἡ πεπρωμένη ἐς τοῦτο ἦγεν. οἱ δὲ, ὅπερ ἐγένετο, δείσαντες μὴ σφᾶς ὁ δῆμος ἐς τὴν βασιλείαν βιάζοιτο, ἔφασαν οὐ δίκαια ποιήσειν εἰ σφῶν τὸν βασιλέα παρήσουσιν ἐς τοσόνδε κίνδυνον ἥκοντα. ταῦτα ἀκού- V 271
σας Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔτι μᾶλλον ἐς τὴν ὑποψίαν ἐνέπιπτε, καὶ αὐτοὺς αὐτίκα μάλα ἐκέλευεν ἀπαλλάσσεσθαι. οὕτω γοῦν D
οἴκαδε τὼ ἄνδρε τούτω ἐκομιζέσθην καὶ τέως μὲν (νὺξ γὰρ ἐτύγχανεν οὖσα) ἐνταῦθα ἡσυχαζέτην.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι ἔκπυστα ἐς τὸν δῆμον ἐγένετο ὡς ἀμφοτέρω ἀπηλλαγήτην τῆς ἐν παλατίῳ διατριβῆς.

2. ἐρρήθη] „ἐῤῥέθη Reg." Malt. Sic Hm. αὐτοὺς P. αὐτοῦ H. 10. „αὐτοῖς Reg." Malt. 19. ἐκέλευεν L. ἐκέλευσεν P.

in factionum coloribus positam. Ubi vero conciliatis, ut modo dicebam, animis, seditio coorta est, iactis in eos contumeliis tota urbs personabat, ac circumcursans multitudo quaerebat ipsos ad necem. Eam autem Imperator demereri et adiungere sibi cupiens, nulla interposita mora ambos a magistratu submovit. Quorum loco Praefecturam Praetorii Phocae Patricio, quem in primis cordatum et servantissimum aequi noverat; Quaesturam Basilidi itidem Patricio, spectatissimae clementiae et nobilitatis viro, mandavit. Seditio tamen nihilo secius increbrescebat. Ac iam dies, ex quo illa coeperat, quintus agebatur, ortoque vespere exibat, cum Iustinianus Hypatio et Pompeio Anastasii Augusti ex sorore nepotibus edixit, ut quamprimum se domum referrent; sive ab illis vitae timeret suae, sive ipsos eo duceret fatum. Ii veriti, quod postea contigit, ne a populo ad imperium eveherentur vi, dixerunt se inique facturos, si in tanto discrimine Imperatorem suum desererent. Id suspicionem magis incendit: quocirca eos Iustinianus e vestigio iubet egredi. Sic domum reversis, quoniam nox erat, quiescere licuit.

Postero die, sole vixdum exorto, percrebuit ambos Palatio, ubi se tenebant, excessisse. Ad illos undique concursus fit populi: Imperator

ἔτρεχον οὖν ἐπ' αὐτοὺς ὁ λεὼς ἅπας, βασιλέα τε Ὑπάτιον ἀνη-
γόρευον, καὶ αὐτὸν ὡς παραληψόμενον τὰ πράγματα ἐς τὴν ἀγο-
ρὰν ἦγον. ἡ δὲ Ὑπατίου γυνὴ Μαρία, ξυνετή τε οὖσα καὶ δό-
ξαν ἐπὶ σωφροσύνῃ μεγίστην ἔχουσα, εἴχετο μὲν τοῦ ἀνδρὸς καὶ
οὐ μεθίει, ἐβόα δὲ ὀλολυγῇ τε χρωμένη καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις ἅπα-
P 72 σιν ἐγκελευομένη ὡς αὐτὸν τὴν ἐπὶ θανάτῳ οἱ δῆμοι ἄγοιεν. ὑπερ-
βιαζομένου τοίνυν τοῦ ὁμίλου, αὐτή τε οὐχ ἑκοῦσα μεθῆκε τὸν
ἄνδρα καὶ αὐτὸν ὁ λεὼς οὔτι ἑκούσιον ἐς τὴν Κωνσταντίνου ἀγο-
ρὰν ἥκοντα ἐς τὴν βασιλείαν ἐκάλουν, καὶ (οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
οὔτε διάδημα οὔτε τι ἄλλο ὧν δὴ βασιλέα περιβάλλεσθαι νό-
μος) στρεπτόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ θέμενοι βασιλέα Ῥω-
μαίων ἀνεῖπον. ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐκ βουλῆς ξυνιόντων, ὅσοι
οὐκ ἀπολειφθέντες ἐτύγχανον ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ, πολλαὶ μὲν
ἐλέγοντο γνῶμαι ὡς αὐτοῖς ἰτέον ἀγωνιουμένοις ἐς παλάτιον·
Ὠριγένης δέ, ἀνὴρ ἐκ βουλῆς, παρελθὼν ἔλεξε τοιάδε „Τὰ μὲν
παρόντα ἡμῖν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, πράγματα μὴ οὐχὶ πολέμῳ
διακριθῆναι οὐχ οἷόν τε. πόλεμος δὲ καὶ βασιλεία τὰ μέγιστα
B τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὡμολόγηται εἶναι. τῶν δὲ δὴ πρά-
ξεων αἱ μεγάλαι οὐ βραχύτητι καιροῦ κατορθοῦσθαι θέλουσιν,
H 41 ἀλλ' εὐβουλίᾳ τε λογισμῶν καὶ πόνοις σωμάτων, ἅπερ ἄνθρω-
ποι ἐς χρόνου μῆκος ἐνδείκνυνται. ἢν μὲν οὖν ἐπὶ τὸν πολέμιον
ἴοιμεν, ἐπὶ ξυροῦ μὲν ἀκμῆς τὰ πράγματα ἡμῖν στήσεται, περὶ
δὲ τῶν ὅλων ἐν βραχεῖ διακινδυνεύσομεν χρόνῳ, τῶν δὲ ἀποβή-

acclamatur Hypatius, et in forum, ut ibi habenas rerum capessat, deducitur, comitante uxore (Mariae nomen erat) femina prudentiae continentiaeque laudem adepta maximam. Haec maritum retentans nec dimittens, inclinata ululantique voce clamabat, hominem ad mortem rapi, et amicorum omnium ac necessariorum opem implorabat. Sed multitudine praevalente, abstracta a viro depulsaque est: quem populus invitum licet ac renitentem cum ad forum Constantini duxisset, sibi in Imperatorem poposcit, et quoniam diadema caeteraque ornamenta Imperatoria deerant, imposito capiti torque aureo, Augustum consalutavit. Iam vero cum omnes Curiae Patres, qui erant extra aulam Imperatoris, convenissent, in eam ibant sententiam multi, ut faciendum impetum dicerent in Palatium. Tum processit Origenes senator, et orationem hanc habuit. *Fieri non potest, viri Romani, ut sumptis temere armis de praesenti rerum statu bene decernamus. Nam ex iis omnibus, quae homines tractant, nihil esse maioris constat nec molis nec momenti, quam bellum et regnum. Atqui coeptis ingentibus secundos exitus afferre solet non punctum temporis, sed consiliorum prudentia et dura corporis exercitatio: utrumque autem longo spatio probari debet. Quare si petamus iam adversarium, in novaculae acie, quod vulgo aiunt, sitae res nostrae erunt, deque earum summa momento periclitabimur. Eventus vero, qui-*

σεσθαι μελλόντων ἕνεκα τὴν τύχην ἢ προσκυνήσομεν ἢ μεμψόμεθα πάντως. τὰ γὰρ τῶν πραγμάτων ὀξύτατα ἐς τὸ τῆς τύχης ὡς τὰ πολλὰ περιίσταται κράτος. ἢν δὲ σχολαίτερον τὰ παρόντα διοικησώμεθα, οὐδὲ βουλομένοις παρέσται ἡμῖν Ἰουστινιανὸν ἐν παλατίῳ λαβεῖν, ἀλλ' ἀγαπήσει ὡς τάχιστα ἤν τις αὐτὸν ἐῴη C φυγεῖν. ἀρχὴ γὰρ περιορωμένη καταρρεῖν εἴωθεν, ἀπολληγούσης αὐτῇ τῆς ἰσχύος ἐς ἡμέραν ἑκάστην. ἔστι τοίνυν ἡμῖν βασίλεια ἕτερα, Πλακιλλιαναί τε καὶ τὰ Ἑλένης ἐπώνυμα, ὅθεν χρὴ βασιλέα τόνδε ὁρμώμενον τόν τε πόλεμον διενεγκεῖν καὶ τὰ ἄλλα διοικήσασθαι ᾗ ἄμεινον ἕξει." Ὠριγένης μὲν τοσαῦτα εἶπεν. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν, ὀξύτερόν τε ἀντελαμβάνοντο καὶ τὸ παραυτίκα ᾤοντο ξύμφορον εἶναι, καὶ οὐχ ἥκιστά γε Ὑπάτιος (χρῆν γάρ οἱ γενέσθαι κακῶς) τῆς ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον ὁδοῦ ἐκέλευεν ἡγεῖσθαι. τινὲς δέ φασιν ἐξεπίτηδες αὐτὸν ἐνταῦθα ἥκειν, βασιλεῖ εὐνοϊκῶς ἔχοντα.

τοὺς Βανδίλους ἔσται, οἳ ἐν Ἱσπανίᾳ, ὥς πρόσθεν εἴρηται, οὐ
πόρρω Λιβύης ἱδρύσαντο. ἔνθα δὴ Γοδίγισκλος μὲν ἐτεθνήκει,
διεδεξάσθην δὲ τὴν ἀρχὴν οἱ ἐκείνου παῖδες, Γόνθαρις μὲν ἐκ V 349
γυναικὸς αὐτῷ γεγονὼς γαμετῆς, Γιζέριχος δὲ νόθος. ἀλλ' ὁ
μὲν ἔτι τε ἦν παῖς καὶ τὸ δραστήριον οὐ σφόδρα ἔχων, Γιζέριχος
δὲ τά τε πολέμια ὡς ἄριστα ἐξήσκητο καὶ δεινότατος ἦν ἀνθρώ- B
πων ἁπάντων. πέμψας οὖν ἐς Ἱσπανίαν Βονιφάτιος τοὺς αὐτῷ
μάλιστα ἐπιτηδείους ἑκάτερον τῶν Γοδιγίσκλου παίδων ἐπὶ τῇ
ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ προσεποιήσατο, ἐφ' ᾧ αὐτῶν ἕκαστον τὸ Λιβύης
τριτημόριον ἔχοντα τῶν κατ' αὐτὸν ἄρχειν· ἢν δέ τις ἐπ' αὐτῶν
τινα ἴοι πολεμήσων, κοινῇ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι. ἐπὶ ταύ-
τῃ τῇ ὁμολογίᾳ Βανδίλοι τὸν ἐν Γαδείροις πορθμὸν διαβάντες ἐς

4. τὰ γεγραμμένα] ἴσ. τῶν γεγραμμένων Hm. 15. Γιζέριχος] ζιγέριχος AH. 21. αὐτῶν] αὐτόν HL.

trem, et eripere vitam velle: praemonebat magnum machinationis indicium allatum iri: fore enim propediem ut indicta causa revocaretur. Haec erat literarum sententia: quam minime negligens Bonifacius, ut primum affuere qui ipsum accersebant ad principem, et huic, et matri eius parere abnuit, nemini prodita Aëtii commonitione. Certior de his facta Placidia, sibi persuasit res Imperatoris maxime cordi esse Aëtio, quidque in Bonifacium oporteret suscipi inquisivit. Bonifacius vero, cum nec resistere se posse Imperatori videret, nec, si Romam peteret, salutis ulla spes oboriretur, statuit omni ope eniti, ut societatem coiret cum Vandalis, quos supra dixi in Hispania prope Africam sedes fixisse: ubi iam mortuo Godigisclo, dominatum susceperant eius filii, Gontharis, ex iusta ipsi uxore natus, et Gizerichus nothus: verum ille adhuc puer, et natura parum industrius; hic in armis optime exercitatus, ac mortalium omnium solertissimus. Igitur nonnullos ex intimis in Hispaniam misit, sibique ambos Godigiscli filios adiunxit aequali conditione et his legibus, ut Africae tertiam quisque partem obtineret, ac seorsum praeesset suis: quod si quis ipsorum bello peteretur, aggressorem coniuncte repellerent. Ad eam pactionem accessere Vandali, transmissoque freto Gaditano, pe-

*Λιβύην ἀφίκοντο καὶ Οὐισίγοτθοι ἐν τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ ἐν Ἱσπα-
νίᾳ ἱδρύσαντο. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ οἱ Βονιφατίῳ ἐπιτήδειοι, τοῦ
H 96 τε τρόπου ἐνθυμούμενοι τοῦ ἀνθρώπου ἐκλογιζόμενοί τε ἡλίκος ὁ
C παράλογος ἦν, ἐν θαύματι μεγάλῳ ἐποιοῦντο, εἰ Βονιφάτιος τυ-
ραννοίη, τινὲς δὲ αὐτῶν Πλακιδίας ἐπαγγελλούσης ἐς Καρχη-
δόνα ἦλθον. ἔνθα δὴ Βονιφατίῳ συγγενόμενοι τά τε Ἀετίου
γράμματα εἶδον καὶ τὸν πάντα λόγον ἀκούσαντες ἐς Ῥώμην ὡς
εἶχον τάχους ἀνέστρεφον, καὶ ὅπως αὐτῇ Βονιφάτιος ἔχοι ἀπήγ-
γελλον. καταπλαγεῖσα δὲ ἡ γυνὴ Ἀέτιον μὲν οὐδὲν εἰργάσατο
ἄχαρι, οὐδέ τι ὠνείδισεν ὧν αὐτῷ ἐς τὸν βασιλέως οἶκον ἐπέπρα-
κτο, ἐπεὶ αὐτός τε δυνάμει μεγάλῃ ἐχρῆτο καὶ τὰ τῆς βασιλείας
πράγματα πονηρὰ ἤδη ἦν· τοῖς δὲ Βονιφατίου φίλοις τήν τε Ἀε-
D τίου ὑποθήκην ἔφραζε καὶ πίστεις παρεχομένη καὶ ὅρκια ἐχρῄζεν
αὐτῶν ὅπως τὸν ἄνδρα, ἢν δύνωνται, πείσωσιν ἐπανήκειν ἐς τὰ
πάτρια ἤθη, οὐ περιιδόντα ὑπὸ βαρβάροις κειμένην τὴν Ῥωμαίων
ἀρχήν. ἐπεὶ δὲ ὁ Βονιφάτιος ἤκουσε ταῦτα, τῆς τε πράξεως
αὐτῷ καὶ τῆς ἐς τοὺς βαρβάρους ὁμολογίας μετέμελε, καὶ αὐτοὺς
ἐλιπάρει μύρια πάντα ὑποσχόμενος ἀπὸ Λιβύης ἀνίστασθαι. τῶν
δὲ οὐκ ἐνδεχομένων τοὺς λόγους, ἀλλὰ περιυβρίζεσθαι οἰομέ-
νων, ἐς χεῖρας αὐτοῖς ἐλθεῖν ἠναγκάσθη καὶ ἡσσηθεὶς τῇ μάχῃ
ἐς Ἱππονερέγιον ἀνεχώρησε, πόλιν ἐχυρὰν ἐν Νουμιδίᾳ τῇ ἐπὶ*

5. *Καρχηδόνα*] *καλχηδόνα* HL. 12. *πονηρὰ*] *πόνηρα* P. 13. *καὶ ὅρκια*] *ἢ ὅρκια* L. 17. *μετέμελε*] *μετέβαλε* HL. *μετέλαβε* Hm, quod ex Reg. affert Maltretus. 21. *Ἱππονερέγιον*] *ἱπποναράγιον* LHm. *ἱππῶνα ῥέγιον* LmPm. Conf. ad p. 185 a. 244 c. 245 a. b. c.

dem in Africa posuere. Postea Visigotthi Hispaniam tenuerunt. Romae autem qui Bonifacium familiarius noverant, illis considerantibus viri mores, ac reputantibus quam esset inopinabile quod audiebant, permirum videbatur occupasse tyrannidem Bonifacium. Eorum quidam Placidiae iussu Carthaginem iverunt: ubi, cum in congressum Bonifacii venissent, legerunt Aëtii literas: tum omnia ordine edocti, Romam quam celerrime reversi sunt, et Placidiae, quo in ipsam esset animo Bonifacius, enuntiarunt. His obstupefacta Placidia, quoniam plurimum pollebat Aëtius, resque Imperii iam aegrae et inclinatae erant, idcirco, quae in Augusti domum ille peccaverat, ea ulcisci, immo vero exprobrare tunc supersedit. Sed monita, quibus ab Aëtio occupata fuerat, edidit amicis Bonifacii, et fidem dans ac iureiurando devinciens obsecravit, ut, si quo modo possent, ei reditum in patriam persuaderent, atque instarent, ne a Barbaris Imperium Rom. proculcari sineret. Quibus auditis Bonifacius, facti poenitens et pactionis cum Barbaris initae, illos, ut ex Africa demigrarent, et precibus, et promissis amplissimis inducere contendit. Qui cum dicta respuerent, haberi se ludibrio rati, acie decernere coactus est, victusque Hipponem Regium se recepit, Numidiae munitam ac maritimam urbem,

θαλάσσῃ κειμένην. ἔνθα δὴ οἱ Βανδίλοι στρατοπεδευσάμενοι Γιζερίχου σφίσιν ἡγουμένου ἐπολιόρκουν· Γόνθαρις γὰρ ἤδη ἐτεθνήκει. φασὶ δὲ αὐτὸν πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ ἀπολέσθαι. Βανδίλ- P 185 *λοι δὲ τούτοις οὐχ ὁμολογοῦντες Γόνθαρίν φασιν ἐν Ἱσπανίᾳ πρὸς Γερμανῶν ξυλληφθέντα ἐν μάχῃ ἀνασκολοπισθῆναι, καὶ Γιζέριχον ἤδη αὐτοκράτορα ὄντα Βανδίλοις ἐς Λιβύην ἡγήσασθαι. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω πρὸς Βανδίλων ἀκήκοα. χρόνου δὲ πολλοῦ διελθόντος, ἐπεὶ οὔτε βίᾳ οὔτε ὁμολογίᾳ τὸ Ἱππονερέγιον παραστήσασθαι οἷοί τε ἦσαν καὶ τῷ λιμῷ ἐπιέζοντο, τὴν προσεδρείαν διέλυσαν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον χρόνῳ Βονιφάτιός τε καὶ οἱ ἐν Λιβύῃ Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ αὐτοῖς ἔκ τε Ῥώμης καὶ Βυζαντίου πολὺς στρατὸς ἦλθε καὶ στρατηγὸς Ἄσπαρ, ἀναμαχέσασθαί τε ἠξίουν* B *καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης παρὰ πολὺ ἡσσημένοι τῶν πολεμίων ὅπῃ ἕκαστος ἐδύναντο ἐς φυγὴν ὥρμηντο. καὶ ὅ τε Ἄσπαρ ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθη καὶ Βονιφάτιος ὡς Πλακιδίαν ἀφικόμενος τὴν ὑποψίαν διέλυεν, ὡς οὐκ ἐξ ἀληθοῦς αἰτίας ἐς αὐτὸν γένοιτο.*

δ'. Τὴν μὲν δὴ Λιβύην οὕτω Βανδίλοι Ῥωμαίους ἀφελόμενοι ἔσχον. V 350 C *τῶν δὲ πολεμίων οὓς λάβοιεν ζῶντας ἐς ἀνδραπόδων ποιούμενοι μοῖραν ἐν φυλακῇ εἶχον. ἐν τούτοις δὲ καὶ Μαρκιανὸν ξυνέπεσεν εἶναι, ὃς ὕστερον Θεοδοσίου τελευτήσαντος τὴν βασιλείαν παρέλαβε. τότε μέντοι Γιζέριχος ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ*

8. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. Conf. p. 330, 8. *ibid.* Ἱππονερέγιον] ἱππονεράγιον LHm. 12. ἀναμαχέσασθαι] ἀναμάχεσθαι LHm. 14. ὅ τε] Vulgo ὅτε. *ibid.* ὁ Ἄσπαρ P. ὁ om. AL. 21. παρέλαβε L. παρέλαβεν P.

quam Barbari castris positis obsederunt, duce Gizericho. Iam enim Gontharis diem obierat, fratre auctore mortis, ut fama est: cui refragantes Vandali, in Hispania a Germanis captum in proelio, cruciqne affixum Gontharin, et Vandalos a Gizericho, cum solus regnaret, ductos in Africam fuisse ferunt: sic a Vandalis ipsis accepi. Demum multo elapso tempore, postquam nec vi Hipponem Regium, nec conventione in suam potestatem redigere valuerunt, illos ab obsidione fames abstraxit. Aliquanto post Bonifacius, et qui erant in Africa Romani, aucti copiis, quae Roma et Byzantio magno numero venerant cum Aspare Magistro militum, pugnam depoposcerunt: qua fortiter edita, ab hostibus affecti insigni clade, in fugam, prout erat cuique copia, se coniecerunt. Tum Aspar domum rediit, et Bonifacius cum ad Placidiam se retulisset, suspicionem in se falso collatam diluit.

4. Ita quidem, ut dictum est, Vandali erepta Romanis Africa potiti sunt: hostibus autem, quos vivos ceperant, servitute iniuncta, illos custodiis asservarunt. In eo forte numero Marcianus erat, is, qui deinde, Theodosio mortuo, Imperium adeptus est. Adesse tum in aula Regia captivos iussit Gizericus, ut perspiceret cui quisque hero infra dignita-

παρεῖναι τοὺς αἰχμαλώτους ἐκέλευεν, ὅπως μέν οἱ εἰδέναι σκοπουμένῳ ἐξῇ ὅτῳ ἂν δεσπότῃ αὐτῶν ἕκαστος οὐκ ἀπὸ τῆς αὑτοῦ ἀξίας δουλεύοι. καὶ ἐπειδὴ συνελέγησαν αἴθριοι, ἀμφὶ ἡμέραν μέσην D *ὥρᾳ θέρους ἀχθόμενοι τῷ ἡλίῳ ἐκάθηντο. ἐν αὐτοῖς δὲ καὶ Μαρκιανὸς ὅπου δὴ ἀπημελημένως ἐκάθευδε. καί τις αὐτοῦ ἀετὸς ὑπερίπτατο, τὰ πτερὰ, ὥς λέγουσι, διαπετάσας, ἀεί τε μένων ἐν τῇ αὐτῇ τοῦ ἀέρος χώρᾳ μόνον τὸν Μαρκιανὸν ἐπεσκίαζεν. ἐκ δὲ τῶν ὑπερῴων τὸ ποιούμενον ἰδὼν Γιζέριχος, ἀγχίνους τις ὢν μάλιστα, θεῖόν τε εἶναι τὸ πρᾶγμα ὑπώπτευσε καὶ τὸν ἄνθρωπον μεταπεμψάμενος ἐπυνθάνετο αὐτοῦ ὅστις ποτὲ εἴη. ὁ δὲ τῶν ἀπορρήτων Ἄσπαρι ἔφη κοινωνὸς εἶναι· δομέστικον δὲ τοῦτον τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ταῦτα Γιζερίχῳ ἀκού-* P 186 *σαντι καὶ ξυμβαλομένῳ μὲν τὸ τοῦ ὄρνιθος ἔργον, τὴν δὲ Ἄσπαρος δύναμιν ἐν νῷ ἔχοντι ὅσῃ ἐν Βυζαντίῳ ἐχρῆτο, καταφανὲς ἐγίνετο ὡς ἀνὴρ ἄγοιτο. κτεῖναι μὲν οὖν αὐτὸν ἥκιστα ἐδικαίου, ἐκλογιζόμενος ὡς, ἢν μὲν ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀφανίζῃ, εὔδηλον ἔσται ὡς οὐδὲν ἂν τὸ τῷ ὄρνιθι ποιηθὲν εἴη (οὐ γὰρ βασιλέα τῇ σκιᾷ θεραπεύοι, ὅς γε αὐτίκα δὴ ἀπολεῖσθαι ἔμελλε), λόγῳ τε αὐτὸν οὐδενὶ κτείνοι· ἢν δέ γε χρῆν ἐν τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ βασιλεῦσαι τὸν ἄνθρωπον, οὐ μήποτέ οἱ θανάτῳ καταληπτὸς ἔσται· τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ ἐς βουλὴν ἥκοντα οὐκ ἂν δύναιτο ἀνθρώπου γνώμῃ κωλυτὰ εἶναι. ὅρκοις δὲ αὐτὸν καταλαμβάνει ὡς, ἢν ἐπ᾽*

2. ἀπὸ] ἄπω (sic) L. 4. ἡλίῳ — εἰσάγουσιν εἴς τι (p. 187 a.) om. HL: habent AVP et vertit RV. *ibid.* δὲ καὶ V. Aberat καί. 5. ὅπου] ὅπῃ A. 9. θεῖόν τε V. θεῖον δὲ P.

tem suam serviret. Illi sub dium coacti, circiter meridiem, cum a sole, quippe aestivo, langucscerent, sederant: inter quos Marcianus, nullo habito delectu loci, negligenter stratus ducebat somnum, quadam interim, ut perhibent, aquila supervolante, quae passis alis ita se librabat, eundemque in aëre locum insistebat, ut umbra blandiretur uni Marciano. Rem Gizericus e superiori contemplatus aedium parte, atque, ut erat sagacissimo vir ingenio, divinum ostentum interpretatus, hominem ad se accitum, quis tandem sit, rogat. Hic se Aspari ab arcanis esse respondit (Domesticum sua lingua Romani vocant). Quo Gizericus audito, avis omen coniectura pendens, atque animo reputans quantis Aspar opibus Byzantii polleret, virum haberi strenuum Marcianum manifesto collegit: nec fas esse duxit eum vita spoliare, secum ita cogitans, si ipsum e medio tolleret, evidens fore, nihil volucrem portendisse: neque enim umbra officiosa gratificaretur Imperatori, qui continuo post interiturus esset: praeterea caedem eius iniquam fore. Sin Deus illi destinasset imperium, nunquam penes se futurum arbitrium ipsius necis, cum divina consilia humanis impediri nequeant. Caeterum iureiurando eum obstrinxit, ut si

αὐτῷ ἔσται, οὔποτε πρός γε Βανδίλους ἐν ὅπλοις γένηται. οὕτω B δὴ Μαρκιανὸς ἀφειμένος ἐς Βυζάντιον ἀφίκετο καὶ Θεοδοσίου χρόνῳ ὕστερον τελευτήσαντος ἐξεδέξατο τὴν βασιλείαν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ξύμπαντα βασιλεὺς ἐγεγόνει ἀγαθός, τὰ δὲ ἀμφὶ Λιβύην ἐν οὐδενὶ ἐποιήσατο λόγῳ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ ἐγένετο.

Γιζέριχος δὲ τότε Ἄσπαρά τε καὶ Βονιφάτιον μάχῃ νικήσας, πρόνοιάν τε ἐπιδειξάμενος ἀφηγήσεως ἀξίαν, τὴν εὐτυχίαν ὡς μάλιστα ἐκρατύνατο. δείσας γάρ, ἢν καὶ αὖθις ἔκ τε Ῥώμης καὶ Βυζαντίου στρατὸς ἐπ' αὐτὸν ἴοι, μὴ οὐχ οἷοί τε ὦσιν οἱ Βανδίλοι τῇ τε ῥώμῃ καὶ τῇ τύχῃ ὁμοίᾳ χρῆσθαι, ἐπεὶ τὰ ἀνθρώπεια C τοῖς τε θείοις σφάλλεσθαι καὶ τοῖς σώμασι φιλεῖ ἐλασσοῦσθαι, οὐχ οἷς εὐημέρησεν ἐπηρμένος, ἀλλ' οἷς ἔδεισε μέτριος γεγονώς, σπονδὰς πρὸς βασιλέα Οὐαλεντινιανὸν ποιεῖται ἐφ' ᾧ ἐς ἕκαστον ἔτος δασμοὺς ἐκ Λιβύης βασιλεῖ φέρειν, ἕνα τε τῶν παίδων Ὀνώριχον ἐν ὁμήρου μοίρᾳ ἐπὶ ταύτῃ δὴ τῇ ὁμολογίᾳ παρέδωκε. Γιζέριχος μὲν οὖν ἔν τε τῇ μάχῃ ἐγένετο ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ τὴν νίκην ὡς ἀσφαλέστατα διεφύλαξε καὶ Ὀνώριχον τὸν παῖδα τῆς φιλίας αὐτοῖς ἐς μέγα χωρούσης ἀπέλαβεν. ἐν δὲ δὴ Ῥώμῃ Πλακιδία μὲν πρότερον ἐτελεύτα, ἔπειτα δὲ Οὐαλεντινιανὸς ὁ ταύτης υἱός, ἄπαις ἄρσενος γόνου, θυγατέρε μέντοι αὐτῷ δύο ἐξ Εὐδοξίας τῆς D

8. ἐξεδέξατο] ἐδέξατο V. 14. Οὐαλεντ—] Vulgo Βαλεντ— hic et ter deinceps. 15. 18. ὀνώριχον A. ὀνόριχον V. Ὀνόριχον P. Ὀνορίχῳ scriptum in Excerpt. Legat. p. 219, 1. ed. Niebuhr.: sed Ὀνωρ— ibid. p. 157, 11. 239, 10. 19. δὴ V. τῇ P. 20. δὲ V. δὲ ὁ P.

quando sui iuris ac mancipii fuerit, nunquam bello Vandalos petat. Itaque dimissus Marcianus Byzantium venit, vitaque functo post Theodosio, cum Imperium suscepisset, praeclarus caetera ac generosus princeps, res Africae omnino neglexit. Sed haec postea.

Tum autem acie victis Aspare et Bonifacio, sibi felicitatem memorabili providentia Gizericus asseruit. Etenim veritus ne si alter contra ipsum exercitus Roma ac Byzantio mitteretur, non iisdem viribus Vandali nec pari uterentur fortuna, cum ea sit rerum humanarum conditio, ut opem Deo subtrahente ruant, et pariter cum corporibus senescant ac debilitentur, idcirco non elatus successu, sed metu provido animum ad moderationem componens, pacem cum Valentiniano Aug. hac lege pepigit, ut ex Africa tributum annuum Imperatori mitteret: cuius pacti conventi obsidem e suis unum liberis tradidit, Honoricum. Igitur Gizericus re fortiter gesta in praelio, victoriam firmissime retinuit, itaque crevit amicitia, ut Honoricum filium receperit. Romae extremum diem morte confecit primum Placidia, deinde eius filius Valentinianus, nulla sobole relicta

Θεοδοσίου παιδὸς ἐγενέσθην. ὅτῳ δὲ τρόπῳ Οὐαλεντινιανὸς ἐτελεύτα, λέξων ἔρχομαι.

Μάξιμός ἦν τις ἐκ γερουσίας ἀνὴρ Ῥωμαῖος, ἐκ τῆς ἐκείνου V 351 *Μαξίμου οἰκίας, ὃν πρεσβύτερος Θεοδόσιος τυραννοῦντα καθελὼν ἔκτεινεν· ὑπὲρ οὗ δὴ καὶ τὴν ἐνιαύσιον ἑορτὴν ἄγουσι Ῥωμαῖοι τῆς τοῦ Μαξίμου ἥσσης ἐπώνυμον. οὗτος ὁ νεώτερος Μάξιμος γυναικὶ ξυνῴκει σώφρονί τε τὸν τρόπον καὶ τὸ κάλλος διαβοήτῳ ἐς ἄγαν οὔσῃ. διὸ δὴ αὐτῇ ἐς κοίτην ἐλθεῖν Οὐαλεντινιανῷ τις ἐπιθυμία ἐγένετο. καὶ ἐπεὶ βουλομένῳ αὐτῇ ξυγγενέσθαι ἀμήχανα ἦν, ἐβούλευσέ τε ἀνόσια ἔργα καὶ ἐπιτελῆ ταῦτα* P 187 *ἐποίησε. μεταπεμψάμενος γὰρ τὸν Μάξιμον ἐς παλάτιον ξὺν αὐτῷ ἐς τὸ πεττεύειν καθίστατο, καὶ χρυσίον ῥητὸν ἐτέτακτο ἡ ζημία τῷ ἡσσηθέντι· νενικηκὼς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ καὶ τὸν Μαξίμου δακτύλιον ἐνέχυρον τῷ ξυγκειμένῳ κεκομισμένος ἐς τὴν ἐκείνου οἰκίαν πέμπει, εἰπεῖν ἐπιστείλας τῇ γυναικὶ ὅτι δὴ αὐτὴν κελεύει Μάξιμος ὡς τάχιστα ἐς παλάτιον ἥκειν τὴν βασιλίδα Εὐδοξίαν ἀσπασομένην. καὶ ἡ μὲν τὸν λόγον τῷ δακτυλίῳ τεκμηραμένη Μαξίμου εἶναι ἐσβᾶσα ἐς τὸ φορεῖον κομίζεται ἐς τὴν βασιλέως αὐλήν. λαβόντες δὲ αὐτὴν οἷς δὴ αὕτη ἐκ βασιλέως ἡ ὑπουργία ἐπέκειτο, εἰσάγουσιν εἴς τι δωμάτιον τῆς γυναικωνίτιδος μακρὰν ἄποθεν, οὗ δὴ αὐτῇ ὁ Οὐαλεντινιανὸς ἐντυχὼν οὔτι*

3. ἦν τις] τις ἦν A. 10. ἀμήχανα AV. ἀμήχανον P. 14. τῷ ξυγκειμένῳ (συγκειμένῳ V)] τοῦ ξυγκειμένου Pm. 18. ἐς A. εἰς PV. *ibid.* ἐς τὸ A. εἰς τὸ PV. 19. λαβόντες δὲ αὐτὴν addidi ex V. *ibid.* δὴ AV. δὲ P. *ibid.* αὕτη om. A. 21. οὗ] οὐ P. *ibid.* οὐαλεντινιανὸς H. βουαλεντινιανὸς L. Βαλεντινιανὸς P.

mascula, sed filiarum duntaxat pari, quas ex Eudoxia Theodosii filia susceperat. Nunc ad mortis eius narrationem transeo.

Maximus quidam erat senator Romanus, a stirpe ortus illius Maximi, quem Theodosius maior cum tyrannide, tum vita expulit: cuius rei gratia Romani festum solenne de nomine cladis Maximi dictum concelebrant. Minor hic Maximus uxorem habebat singulari continentia et forma commendatissimae famae praeditam. Hinc nata concubitus obscoeni libidine ardens Valentinianus, cum ad optatum feminae congressum nulla via daretur, nefarium hoc excogitavit consilium et peregit. Accito in palatium Maximo, cum eo coepit latrunculis ludere, dicto prius, quod auri numero mulctaretur qui victus esset. Superior princeps pignori accipit ex compacto annulum Maximi: mox domum mittit qui ipsius uxori significent velle Maximum ut in palatium quamprimum veniat, salutem dictura Augustae. Illa mandatum vere a Maximo perferri coniecit ex annulo: tum lecticam ingressa et ad aulam delata Imperatoris, a lenocinii ministris in quoddam cubiculum inducitur a gynaeceo remotius, ubi ipsam Valentinianus convenit, vimque attulit obluctanti. Post foedam corporis

ἑκουσίαν βιάζεται. ἡ δὲ μετὰ τὴν ὕβριν ἐς τοῦ ἀνδρὸς τὴν οἰκίαν B ἐλθοῦσα δεδακρυμένη τε καὶ τῇ συμφορᾷ ὡς ἔνι μάλιστα συναλγοῦσα πολλὰς ἐπέβαλλε τῷ Μαξίμῳ ἀράς, ἅτε τοῖς πεπραγμένοις τὴν αἰτίαν παρασχομένῳ. περιώδυνος τοίνυν ὁ Μάξιμος τοῖς ξυμπεσοῦσι γενόμενος αὐτίκα μὲν ἐς ἐπιβουλὴν τοῦ βασιλέως καθίστατο, ὡς δὲ τὸν Ἀέτιον ἑώρα μέγα δυνάμενον, ὃς καὶ Ἀττίλαν ἄρτι ἐνενικήκει στρατῷ μεγάλῳ, Μασσαγετῶν τε καὶ τῶν ἄλλων Σκυθῶν ἐς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐσβαλόντων, ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ὡς οἱ Ἀέτιος ἐς τὰ πρασσόμενα ἐμπόδιος ἔσται. ταῦτά τε διανοουμένῳ ἄμεινον ἔδοξεν εἶναι τὸν Ἀέτιον ἐκποδὼν ποιήσασθαι πρότερον, οὐδὲν ποιησαμένῳ ὅτι ἐς αὐτὸν περιέστηκε πᾶσα C ἡ Ῥωμαίων ἐλπίς. τῶν δὲ ἀμφὶ τὴν βασιλέως θεραπείαν εὐνούχων εὐνοϊκῶς οἱ ἐχόντων, ἀνέπεισε ταῖς αὐτῶν μηχαναῖς βασιλέα ὡς νεωτέροις πράγμασιν ἐγχειροίη Ἀέτιος. Οὐαλεντινιανὸς δὲ ἄλλῳ οὐδενὶ ὅτι μὴ τῇ Ἀετίου δυνάμει τε καὶ ἀρετῇ τεκμηριώσας τὸν λόγον ὑγιᾶ εἶναι κτείνει τὸν ἄνδρα, ὅτε δὴ καὶ Ῥωμαίων τις ἔπος εἰπὼν εὐδοκίμησεν. ἐρομένου γὰρ αὐτὸν βασιλέως εἴ οἱ καλῶς ὁ τοῦ Ἀετίου θάνατος ἐργασθείη, ἀπεκρίνατο λέγων οὐκ ἔχειν μὲν εἰδέναι τοῦτο εἴτε εὖ εἴτε πῃ ἄλλῃ αὐτῷ εἴργασται, ἐκεῖνο H 97 μέντοι ὡς ἄριστα ἐξεπίστασθαι ὅτι αὐτοῦ τὴν δεξιὰν τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ ἀποτεμὼν εἴη. D

7. ἐνενικήκει] ἐκνενικήκει A. 8. ἐσβαλόντων] ἐσβαλλόντων HL. 10. διανοουμένῳ Pm. διανοούμενος P. 14. οὐαλεντινιανὸς A. βουαλ— L. Βαλεν— P. 17. εἰπὼν] Vulgo εἰπεῖν. 20. αὐτοῦ] αὑτοῦ P.

iniuriam aedibus mariti reddita, cadentibus ubertim lacrimis, suam vicem gravissime lamentabatur, et Maximum, tanquam auctorem flagitii, onerabat imprecationibus. Quamobrem Maximus dolore furens, continuo mentem ad exitium principi parandum appulit. Et quoniam Aëtium, Attilae et ingentis exercitus Massagetarum Scytharumque aliorum, qui in Rom. Imperium proruperant, recenti clade inclytum, potentia valere plurimum videbat, eum coeptis impedimento fore putavit. Haec meditanti praestabilius visum est ante omnia Aëtium e medio tollere, nulla habita ratione spei publicae Romanorum, quae in eo prorsus residebat. Cum autem eunuchorum palatinorum benevolentiam collegisset, illorum artibus Valentinianum induxit ut Aëtium novis rebus studere crederet. Is, licet e nulla re alia, nisi ex opibus et magnanimitate Aëtii, nihil habere falsi delationem coniiceret, ipsi virum eripuit. Quo tempore Romanus quidam dicto egregio sibi famam confecit. Roganti enim Imperatori num factum bonum esset, quod sustulisset Aëtium? respondit scire se minime posse idne recte an secus fecisset; hoc tantum plane se intelligere, ipsum sibi manum dexteram altera abscidisse.

Ἀετίου γοῦν τελευτήσαντος Ἀττίλας, οὐδενός οἱ ἀντιπάλου ὄντος, Εὐρώπην τε ξύμπασαν πόνῳ οὐδενὶ ἐληΐζετο καὶ βασιλείαν ἑκατέραν ἐπακούουσαν ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ἔσχε. δασμοὶ γὰρ αὐτῷ πρὸς τῶν βασιλέων ἐπέμποντο ἀνὰ πᾶν ἔτος. τότε τῷ Ἀττίλᾳ πόλιν Ἀκυληίαν πολιορκοῦντι μεγάλην τε καὶ ἀτεχνῶς πολυάνθρωπον, παραλίαν μὲν, ἐκτὸς δὲ κόλπου τοῦ Ἰονίου οὖσαν, τοιόνδε φασὶν εὐτύχημα ξυνενεχθῆναι. λέγουσι γὰρ αὐτὸν, ἐπειδὴ
P 188 *οὔτε βίᾳ οὔτε τῳ ἄλλῳ τρόπῳ οἷός τε ἦν τὸ χωρίον ἑλεῖν, πρός τε τὴν προσεδρείαν ἀπειπεῖν, ἤδη ἐπὶ μακρότατον γεγενημένην, καὶ ἅπαν κελεῦσαι τὸ στράτευμα τὰ ἐς τὴν ἀναχώρησιν ἐν παρασκευῇ αὐτίκα δὴ μάλα ποιήσασθαι, ὅπως δὴ τῇ ὑστεραίᾳ ἐνθένδε ἅπαντες ἐξανιστῶνται ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι. ἡμέρᾳ δὲ τῇ ἐπιγενομένῃ ἀμφὶ ἡλίου ἀνατολὰς λύσαντας μὲν τὴν προσεδρείαν τοὺς βαρβάρους τῆς ἀφόδου ἔχεσθαι ἤδη, ἕνα δὲ πελαργὸν ἐπὶ πύργου τινὸς τοῦ τῆς πόλεως περιβόλου καλιάν τε ἔχοντα καὶ νεοττοὺς τρέφοντα ἐνθένδε ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ξὺν τοῖς τέκνοις ἐξαναστῆναι. καὶ τὸν μὲν πατέρα πελαργὸν ἵπτασθαι, τοὺς δὲ πελαργιδεῖς, ἅτε οὔπω ἐκπετησίμους παντάπασιν ὄντας, τὰ μὲν*
B *αὐτῷ μετέχειν τῆς πτήσεως, τὰ δὲ ἐπὶ τοῦ νώτου τοῦ πατρὸς φέρεσθαι, οὕτω τε ἀποπτάντας τῆς πόλεως ἑκαστάτω γενέσθαι. ὃ δὴ Ἀττίλαν κατιδόντα (ἦν γὰρ δεινότατος ξυνιδεῖν τε καὶ ξυμβαλεῖν ἅπαντα) κελεῦσαι τὸν στρατὸν αὖθις ἐν χώρῳ τῷ αὐτῷ μένειν, ἐπειπόντα οὐκ ἄν ποτε εἰκῇ ἐνθένδε ἀποπτάντα ξὺν τοῖς*

3. φόρου] φόρον L. 5. Ἀκυληίαν] ἀκυληΐας AL. 6. Ἰονίου L. Ἰωνίου P. 11. μάλα A. μάλιστα P. 14. ἀφόδου L. ἐφόδου P. Conf. p. 179 d.

Et vero post obitum Aëtii, neminem sibi parem adversarium offendens Attilas, omnem facile Europam depopulatus est, atque Imperium utrumque habuit vectigale, tributum annuum Augustis ipsi pendentibus. Qua tempestate, cum trans sinum Ionium Aquileiam urbem maritimam, magnitudine et civium frequentia insignem circumsederet, casum hunc felicem dicitur habuisse. Iamdiu coepta obsidione, postquam urbem nec vi nec alia quapiam ratione capere potuit, despondens animum, copiis omnibus edixit, quae ad profectionem opus essent haberent in expedito, ut postridie primo sole moverent. Postero die, sub solis ortum, soluta obsidione Barbari discedebant, cum ecce ciconia, quae in quadam turri murorum urbis nidulata pullos alebat, inde subito cum prole exit. Volabat pater: pulli nondum plane ad volatum habiles, partim eum una tentabant, partim vehebantur parentis dorso: ita demum ab urbe longissime avolarunt. Id ubi Attilas animadvertit, rerum omnium coniector egregius, subsistere exercitum iubet, haec addens, non illud temere factum, neque

νεοττοῖς τὸν ὄρνιν οἴχεσθαι, εἰ μή τι ἐμαντεύετο φλαῦρον οὐκ εἰς V 352 μακρὰν τῷ χωρίῳ ξυμβήσεσθαι. οὕτω μὲν τὸ τῶν βαρβάρων στρατόπεδον αὖθις ἐς τὴν πολιορκίαν καταστῆναί φασι, τοῦ δὲ περιβόλου μοῖράν τινα οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκείνην, ἣ τὴν τοῦ ὄρνιθος τούτου καλιὰν εἶχεν, ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ἐξαπιναίως καταπεσεῖν καὶ τοῖς πολεμίοις ταύτῃ ἐσιτητὰ ἐς τὴν πόλιν γενέσθαι, οὕτω τε τὴν Ἀκυληίαν κατὰ κράτος ἁλῶναι. C

Ὕστερον δὲ καὶ βασιλέα οὐδενὶ πόνῳ ἔκτεινε Μάξιμος καὶ τὴν τυραννίδα ἔσχε, τῇ τε Εὐδοξίᾳ ξυγγέγονε βίᾳ. γυνὴ γάρ, ἥπερ αὐτῷ ξυνῴκει, τετελευτήκει οὐ πολλῷ πρότερον, καί ποτε αὐτῇ ἐν τῇ κοίτῃ προσέφερε λόγον ὡς τοῦ αὐτῆς ἔρωτος εἵνεκα πάντα εἴη διαπεπραγμένος ἃ εἴργαστο. τήν τε Εὐδοξίαν ἀχθομένην Μαξίμῳ καὶ πρότερον τίσασθαί τε αὐτὸν τῆς ἐς Οὐαλεντινιανὸν ἀδικίας ἐπιθυμοῦσαν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐς αὐτὸν οἰδαίνειν ὁ λόγος ἐποίησεν, ἔς τε τὴν ἐπιβουλὴν ἐνῆκεν, ἐπεὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς ἕνεκα ξυμβῆναι τὴν συμφορὰν Μαξίμου λέγοντος ἤκουσε. καὶ ἐπειδὴ τάχιστα ἡμέρα ἐγένετο, πέμπει ἐς Καρχηδόνα, δεομένη Γιζερίχου, τιμωρεῖν Οὐαλεντινιανῷ ὑπ' ἀνδρὸς ἀνοσίου διαφθα- D ρέντι, αὐτοῦ τε ἀναξίως καὶ τῆς βασιλείας, καὶ αὐτὴν ῥύεσθαι πάσχουσαν πρὸς τοῦ τυράννου ἀνόσια. ἐπέσκηπτε δὲ ὡς φίλῳ τε καὶ ξυμμάχῳ ὄντι Γιζερίχῳ. καὶ τηλικούτου δὲ πάθους ἐς οἶκον τὸν βασιλέως ξυμβάντος τὸ μὴ οὐχὶ τιμωρῷ γενέσθαι οὐχ ὅσιόν ἐστιν. ἐκ Βυζαντίου γὰρ τιμωρίαν οὐδεμίαν ᾤετο ἔσεσθαι, Θεο-

13. Οὐαλ—] Βαλ— P. 18. Οὐαλ—] Βαλ— P. βουαλ— L.

inde volucrem avolasse cum pullis, nisi quid sinistri urbi imminens praesagiret. Itaque Barbaricum exercitum se ad obsidium retulisse; ac paulo post muri partem, ubi avis nidificaverat, improviso collapsam, aditum et viam hosti in urbem dedisse; demum Aquileiam vi captam fuisse tradunt.

Deinde Maximus nullo negotio Imperatorem occidit: invasit tyrannidem, et uxore non ita pridem mortua, rem cum Eudoxia per vim habuit: cui aliquando in toro dixit, nihil se, nisi ipsius amore impulsum, fecisse. His dictis, Eudoxiae, quae iam ante satis erat offensa Maximo, et ab ipso patratum in Valentinianum scelus ulcisci percupiebat, acrius in eum bilis intumuit, et ad consilium perdendi hominis tum maxime inarsit animus, cum sui causa allatum marito interitum ex ore Maximi didicit. Ut illuxit, statim mittit Carthaginem, rogatque Gizericum, ne Valentinianum, contra suam et Imperii dignitatem ab homine impio peremtum, iacere inultum sinat, ipsamque infandis modis a tyranno habitam vindicet: neque omittit amicitiae et societatis nomine urgere, religionem incutiens, si commissum in Augusti domum tale facinus punire nolit. Nec vero ul-

δοσίου μὲν ἤδη ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντος, Μαρκιανοῦ δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος.

P 189 έ. Γιζέριχος δὲ δι' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ αὐτῷ χρήματα ἔσεσθαι ὑπετόπασε, στόλῳ πολλῷ ἐς Ἰταλίαν κατέπλευσε. ἀναβὰς δὲ ἐς Ῥώμην, ἐπεὶ οὐδείς οἱ ἐμποδὼν ἕστηκε, τῶν βασιλείων ἐκράτησε. Μάξιμον μὲν οὖν φεύγοντα Ῥωμαῖοι λίθοις βαλόντες διέφθειραν, καὶ τήν τε κεφαλὴν τῶν τε ἄλλων μελῶν ἕκαστον ἀποτεμόμενοι διείλοντο σφίσι. Γιζέριχος δὲ τήν τε Εὐδοξίαν ἅμα Εὐδοκίᾳ τε καὶ Πλακιδίᾳ, ταῖς αὐτῆς τε καὶ Οὐαλεν-
B τινιανοῦ παισὶν, αἰχμάλωτον εἷλε, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων βασιλέως κτημάτων πολύ τι χρῆμα ἐν ταῖς ναυσὶν ἐνθέμενος ἐς Καρχηδόνα ἔπλει, οὔτε χαλκοῦ οὔτε ἄλλου ὁτουοῦν ἐν τοῖς βασιλείοις φεισάμενος. ἐσύλησε δὲ καὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου νεὼν καὶ τοῦ τέγους τὴν ἡμίσειαν ἀφείλετο μοῖραν. τοῦτο δὲ τὸ τέγος χαλκοῦ μὲν τοῦ ἀρίστου ἐτύγχανεν ὂν, χρυσοῦ δὲ αὐτῷ ὑπερχυθέντος ἁδροῦ ὡς μάλιστα μεγαλοπρεπές τε καὶ θαύματος πολλοῦ ἄξιον διεφαίνετο. τῶν δὲ μετὰ Γιζερίχου νεῶν μίαν μὲν, ᾗ τὰς εἰκόνας ἔφερε, φασὶν ἀπολέσθαι, πάσαις δὲ
H 98 ταῖς ἄλλαις οἱ Βανδίλοι ἐς τὸν Καρχηδόνος λιμένα κατῆραν.
C Εὐδοκίαν μὲν οὖν Γιζέριχος Ὁνωρίχῳ τῷ τῶν παίδων πρεσβυτέρῳ ξυνῴκισε, τὴν δὲ δὴ ἑτέραν (ἀνδρὶ γὰρ ξυνῴκει Ὀλυβρίῳ, τῶν ἐν βουλῇ τῇ Ῥωμαίων εὐδοκιμωτάτῳ) ἅμα τῇ μητρὶ Εὐδοξίᾳ, ἐξαιτησαμένου βασιλέως, ἐς Βυζάντιον ἔπεμψεν. ἤδη δὲ τὸ τῶν

9. Οὐαλ —] Βαλ — P. 15. ἀρίστου] ἀριστεροῦ L. ἀρίστου Lm. 21. ξυνῴκισε] ξυνῴκησε HL.

torem quenquam expectabat illa Byzantio, ubi iam decesserat Theodosius, et Imperii gubernacula Marcianus susceperat.

5. Gizericus non officio, sed spe divite inductus, cum classe ingenti Italiam petit, ac Romam ingressus, obstante nemine regiam occupat. Romani fugientem Maximum lapidum ictibus conficiunt, abscissumque illius caput et dissecta membra inter se partiuntur. Eudoxia cum Eudocia ac Placidia, quas Valentinianus ex ipsa procreaverat, captiva in Gizerici potestatem venit: qui magna auri argentique vi et Imperatoria supellectili in naves imposita, Carthaginem vela fecit; cum in aula nec alienis, nec re demum ulla manum abstinuisset. Iovis quoque Capitolini templum diripuit, ac mediam partem abstulit tecti: quod ex aere optimo ductum erat, multoque auro illito magnificentissimum et singulari dignum admiratione videbatur. E navibus Gizerici unam, qua simulacra vehebantur, periisse ferunt: reliquis Vandali in portum Carthaginis delati sunt. Eudociam Gizericus matrimonio iunxit cum Honorico filiorum maiori natu: alteram Valentiniani filiam Olybrio Senatorum Romae spectatissimo nuptam, Byzantium cum matre Eudoxia Imperatoris postu-

ἑῴων κράτος ἐς Λέοντα περιεστήκει, Ἄσπαρος ἐς τοῦτο αὐτὸν καταστησαμένου, ἐπειδὴ Μαρκιανὸς ἐξ ἀνθρώπων ἀπήλλακτο.

Ὕστερον δὲ Γιζέριχος ἐπενόει τοιάδε. τῶν ἐν Λιβύῃ πόλεων, πλὴν Καρχηδόνος, τὰ τείχη καθεῖλεν, ὡς ἂν μήτε αὐτοὶ D Λίβυες τὰ Ῥωμαίων ἑλόμενοι ἔκ τε ἐχυροῦ ὁρμᾶσθαι καὶ νεωτερίζειν ἱκανοὶ εἶεν μήτε τοῖς ἐκ βασιλέως στελλομένοις ἐν ἐλπίδι ἔσται ὡς καὶ πόλιν καταλήψονται καὶ φρουρὰν ἐν αὐτῇ ποιησάμενοι πράγματα Βανδίλοις παρέξονται. τότε μὲν οὖν εὖ τε ἔδοξε βουλεύεσθαι καὶ τὴν εὐημερίαν Βανδίλοις ὡς ἀσφαλέστατα δια- V 353 σώσασθαι, χρόνῳ δὲ τῷ ὑστέρῳ, ὅτε δὴ ἀτείχιστοι οὖσαι ῥᾷόν τε καὶ ἀπονώτερον πρὸς Βελισαρίου αἱ πόλεις αὗται ἡλίσκοντο, πολύν τε γέλωτα ἤδη Γιζέριχος ὦφλε καὶ ἡ τέως δοκοῦσά οἱ εὐβουλία ἐς ἄνοιαν αὐτῷ ἀπεκρίθη. ταῖς γὰρ δὴ τύχαις ἀεὶ τὰς δόξας ἐπὶ τοῖς πρότερον βεβουλευμένοις ξυμμεταβάλλεσθαι φιλοῦσιν ἄνθρωποι. τῶν δὲ Λιβύων εἴ τι μὲν δόκιμον ἐτύγχανεν ὂν καὶ πλούτῳ ἀκμάζον, αὐτοῖς ἀγροῖς τε καὶ πᾶσι χρήμασιν ἐν P 190 ἀνδραπόδων μοίρᾳ παρέδωκε τοῖς παισὶν Ὁνωρίχῳ τε καὶ Γένζωνι. Θεόδωρος γὰρ ὁ νεώτατος ἐτελεύτα ἤδη, ἄπαις τὸ παράπαν ἄρρενός τε καὶ θήλεος γόνου. Λίβυας δὲ τοὺς ἄλλους ἀφείλετο μὲν τοὺς ἀγρούς, οἳ πλεῖστοί τε ἦσαν καὶ ἄριστοι, ἐς δὲ τὸ τῶν Βανδίλων διένειμεν ἔθνος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ κλῆροι Βανδίλων οἱ ἀγροὶ οὗτοι ἐς τόδε καλοῦνται τοῦ χρόνου. τοῖς δὲ δὴ

2. Μαρκιανὸς] μαρκινιανὸς H. 5. ἐχυροῦ AL. ἰσχυροῦ P. 8. παρέξονται] Vulgo παρέξωνται. 13. ἀπεκρίθη] ἀπεκρίσθη H. 19. θήλεος AL. θήλεως P. 22. ἀγροὶ] ἐκεὶ L. οἶκοι Lm.

lata misit. Tunc penes Leonem erat Imperium Orientis, factione Asparis ipsi traditum, post obitum Marciani.

Dehinc placuit Gizerico urbium Africae, praeterquam Carthaginis, muros diruere, ut nec Afri studiosi Romanae partis e munito loco erumpere, novaque moliri possent, nec iis, quos Imperator mitteret, reliqua spes ulla esset obtinendae urbis cuiusquam, et imposito praesidio Vandalos infestandi. Sapienter tum ille quidem decernere, ac secundam fortunam optime Vandalis asserere visus est: ac postea cum Belisarius nuda moenibus oppida facilius atque expeditius caperet, multum sane tum risum debuit Gizericus, et prudens visum olim consilium, amens tandem habitum est; sic ferente hominum more, ut conceptae de consiliis quondam initis opiniones pariter cum eventis mutentur. Si qui inter Afros nobilitate et opibus florebant, eos ipsorumque latifundia ac rem omnem familiarem cum onere servitutis addixit filiis suis Honorico atque Genzoni: quorum frater natu minimus Theodorus iam ante obierat, nulla nec virili nec sequioris sexus relicta prole. Agros caeteris ademit Afris, plurimos sane et optimos, ac Vandalis divisit; unde *Vandalorum sortes*

πάλαι κεκτημένοις τὰ χωρία ταῦτα πένεσθαί τε ὡς μάλιστα καὶ ἐλευθέροις εἶναι ξυνέβαινεν· ἦν δὲ αὐτοῖς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ ὅπη βούλοιντο ἀπαλλάσσεσθαι. καὶ τὰ μὲν χωρία ξύμπαντα, ὅσα
B *τοῖς τε παισὶ καὶ τοῖς ἄλλοις Βανδίλοις Γιζέριχος παραδεδώκει, οὐδεμιᾶς φόρου ἀπαγωγῆς ὑποτελῆ ἐκέλευσεν εἶναι. τῆς δὲ γῆς ὅση οἱ οὐκ ἀγαθὴ ἔδοξεν εἶναι, ἀφῆκε τοῖς πρότερον ἔχουσι, τοσαῦτα ἐνθένδε τῷ δημοσίῳ φέρεσθαι τάξας ὥστε οὐδ' ὁτιοῦν περιῆν τοῖς τὰ χωρία τὰ σφέτερα αὐτῶν ἔχουσιν. ἔφευγον δὲ πολλοὶ καὶ ἐκτείνοντο. αἰτίαι γὰρ αὐτοῖς πολλαί τε καὶ χαλεπαὶ προσεφέροντο. πασῶν δὲ μία μεγίστη δὴ ἐδόκει εἶναι ὅτι χρήματά τις οἰκεῖα ἔχων ἀπέκρυπτεν. οὕτω τοὺς Λίβυας πᾶσα ἰδέα συμφορᾶς περιέστη.*

Τοὺς δὲ Βανδίλους τε καὶ Ἀλανοὺς ἐς λόχους καταστησάμενος, λοχαγοὺς αὐτοῖς ἐπέστησεν οὐχ ἧσσον ἢ ὀγδοήκοντα,
C *οὕσπερ χιλιάρχους ἐκάλεσε, δόκησιν παρέχων ὀκτώ οἱ μυριάδας συνιέναι τὸν τῶν στρατευομένων λεών. καίτοι οὐ μᾶλλον ἢ ἐς μυριάδας πέντε τὸ τῶν Βανδίλων τε καὶ Ἀλανῶν πλῆθος ἔν γε τῷ πρὶν χρόνῳ ἐλέγετο εἶναι. ἔπειτα μέντοι τῇ τε κατὰ σφᾶς παιδοποιίᾳ καὶ ἄλλους βαρβάρους ἑταιρισάμενοι ἐς μεγάλην τινὰ πολυανθρωπίαν ἐχώρησαν. τὰ δὲ τῶν Ἀλανῶν καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων ὀνόματα, πλὴν Μαυρουσίων, ἐς τὸ τῶν Βανδίλων ἅπαντα ἀπεκρίθη. τότε δὲ Γιζέριχος Μαυρουσίους προσποιησάμενος, ἐπειδὴ Οὐαλεντινιανὸς ἐτελεύτησεν, ἀνὰ πᾶν ἔτος ἦρι*

4. *Βανδίλοις — πᾶσαν τὴν* (p. 191 d.) om. HL: habent AVP et vertit RV. 15. *ὀκτώ*] *εἰς ὀκτώ* Pm. 23. *Οὐαλ —*] *Βαλ —* PV.

etiamnum vocantur. Redactis ad summam inopiam veteribus praediorum dominis, retenta libertate, integrum erat quo iuberet concedere. Quoscunque Gizericus fundos filiis suis ac Vandalis assignaverat, immunes omnino omnes iussit esse: quidquid soli non adeo frugibus commodum iudicavit, id pristinis possessoribus reliquit, tantis vectigalibus obrutum, ut sua quamvis praedia obtinerent, inde tamen ad eos nihil rediret. Complures exilio, non pauci morte mulctabantur, multis gravibusque criminibus accersiti: quorum maximum ducebatur, si quis suas pecunias abdidisset. Sic Afros omnia calamitatum genera circumvenerant.

Contributis in cohortes Vandalis et Alanis duces Gizericus non minus LXXX. praefecit, quos chiliarchos seu mille virum tribunos ideo nominavit, ut habere sub signis LXXX. bellatorum millia crederetur. Ac superiori quidem tempore Vandali atque Alani non excedere dicebantur L. millia: deinde tamen qua liberorum procreatione, qua societatis coitione cum aliis Barbaris, eorum numerus maxime crevit. Porro in unum Vandalorum nomen Alani caeterique Barbari sua vocabula confuderunt, exceptis Mauris, quorum adeptus obsequia Gizericus a morte Valenti-

ἀρχομένῳ ἔς τε Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν ἐσβολὰς ἐποιεῖτο καὶ τῶν πόλεων τὰς μὲν ἀνδραποδίσας, τὰς δὲ καθελὼν ἐς ἔδαφος, ληισάμενός τε ἅπαντα, ἐπεὶ ἀνθρώπων τε ἡ χώρα καὶ χρημάτων D *ἔρημος ἐγεγόνει, ἐς τὸ τοῦ ἑῴου βασιλέως ἐσέβαλλε κράτος. Ἰλλυριοὺς οὖν ἐληίζετο καὶ τῆς τε Πελοποννήσου τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος τὰ πλεῖστα καὶ ὅσαι αὐτῇ νῆσοι ἐπίκεινται. αὖθις δὲ ἔς τε Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν ἀπέβαινεν, ἦγέ τε καὶ ἔφερεν ἐκ περιτροπῆς ἅπαντα, καί ποτε αὐτὸν ἐς τὴν ναῦν ἐσβάντα ἐν τῷ Καρχηδόνος λιμένι, ἀνατεινομένων ἤδη τῶν ἱστίων, φασὶν ἐρέσθαι τὸν κυβερνήτην ἐπὶ τίνας ποτὲ ἀνθρώπων ἰέναι κελεύοι. καὶ τὸν ὑποκρινάμενον φάναι, δηλονότι ἐφ' οὓς ὁ θεὸς ὤργισται. οὕτως ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ἐφ' οὓς ἂν τύχοι ἐσέβαλλεν.*

ϛʹ. Τῶνδε ἕνεκα τίσασθαι Βανδίλους βασιλεὺς Λέων βουλόμενος P 191 *ξυνήγειρεν ἐπ' αὐτοὺς στράτευμα. τοῦδε τοῦ στρατεύ-* V 354 *ματος λέγουσι τὸ πλῆθος ἐς δέκα μάλιστα μυριάδας γενέσθαι. στόλον δὲ νεῶν ἐξ ἁπάσης τῆς πρὸς ἕω θαλάσσης ἀθροίσας πολλὴν ἐπεδείξατο μεγαλοφροσύνην ἔς τε στρατιώτας καὶ ναύτας, δεδιὼς μή τί οἱ ἐκ μικρολογίας ἐμποδὼν γένηται προθυμουμένῳ ἐς τοὺς βαρβάρους ἐπιτελέσαι τὴν κόλασιν. φασὶ γοῦν αὐτῷ τριακόσια καὶ χίλια κεντηνάρια ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ δεδαπανῆσθαι. ἀλλ'* B *ἐπεὶ οὐκ ἔδει Βανδίλους τῷ στόλῳ τούτῳ ἀπολωλέναι, αὐτοκρά-*

4. ἐσέβαλλε] ἐσέβαλε V. *ibid.* Ἰλλυριοὺς] ἰλλυρίους PV. 5. *Πελοποννήσου*] πελοπονήσου PV. 7. περιτροπῆς] περιτρόπου A. 9. ἐρέσθαι] ἔρεσθαι PV. *αἵρεσθαι* A. 11. ὤργισται] ὥρισται A. 12. ἐσέβαλλεν] ἐσέβαλεν V. 13. ἕνεκα] εἵνεκα V. *ibid.* *Λέων*] λέγων AV. 16. στόλον] στόλην A.

niani, in Siciliam atque Italiam quotannis vere novo se invehebat. Ibi urbibus partim missis in servitutem, partim solo aequatis, cum et omnia rapuisset, ac regiones non modo pecuniis exhausisset, verum etiam incolis, in ditionem Imperatoris Orientis irrupit. Illyricum, Peloponesi item et Graeciae partem maximam, necnon adiacentes insulas populatus, in Siciliam denuo atque Italiam exscensu facto, omnes in orbem oras incursans, agebat omnia ferebatque. Aliquando in portu Carthaginis cum navem conscendisset, ac vela iam panderentur, quaerenti gubernatori, quam ad gentem iuberet cursum intendere, respondisse memorant, *Ad eam cui Deus iratus est.* Ita nulla ex causa in quoscumque sors ferret invadebat.

6. Horum poenas facinorum a Vandalis recipere cum vellet Imperator Leo, exercitum in eos conscripsit, ad centum, ut tradunt, virorum millia; collectaque ex omnibus Orientis maribus classe, militibus ac nautis munificentiam singularem exhibuit, veritus ne quid obicis sibi castigare Barbaros peroptanti e parsimoniae sordibus nasceretur. Centenaria MCCC. sive auri pondo CXXX. millia impendisse fertur; sed sine ullo operae pretio. Nimirum quia Deo fixum erat classe ista Vandalos non

τορα τοῦ πολέμου ποιεῖται Βασιλίσκον, Βηρίνης τῆς γυναικὸς ἀδελφὸν ὄντα καὶ τῆς βασιλείας ἐκτόπως ἐρῶντα, ἥν οἱ ἤλπισεν ἀμαχητὶ ἔσεσθαι, τὴν Ἄσπαρος προσποιησάμενος φιλίαν. αὐτὸς γὰρ Ἄσπαρ τῆς Ἀρείου δόξης μεταποιούμενος, ταύτην τε οὐκ ἐννοῶν μετατίθεσθαι, παρελθεῖν μὲν εἰς τὴν βασιλείαν οὐχ οἷός τε ἦν, καταστήσασθαι δὲ ἐς αὐτὴν ἕτερον εὐπετῶς ἴσχυσεν, ἤδη τε Λέοντι τῷ βασιλεῖ ὡς ἐπιβουλεύσει προσκεκρουκότι ἐπίδοξος ἦν. λέγουσιν οὖν Ἄσπαρα τότε δείσαντα μὴ Βανδίλων ἡσσωμένων
C *ὁ Λέων ὡς ἀσφαλέστατα τὴν βασιλείαν κρατύνηται, πολλὰ Βασιλίσκῳ ἐπισκήψαντα παρακαταθέσθαι οἱ Βανδίλους τε καὶ Γιζέριχον.*

Λέων δὲ ἤδη πρότερον Ἀνθέμιον, ἄνδρα ἐκ γερουσίας, πλούτῳ τε καὶ γένει μέγαν, βασιλέα τῆς ἑσπερίας καταστησάμενος ἔπεμψεν, ὅπως οἱ τὰ ἐς τὸν Βανδιλικὸν συλλήψηται πόλεμον. καίτοι Γιζέριχος ἔχρηζε καὶ πολλὰ ἐλιπάρει Ὀλυβρίῳ παραδοθῆναι τὴν βασιλείαν Πλακιδίᾳ τῇ Οὐαλεντινιανοῦ παιδὶ ξυνοικοῦντι καὶ διὰ τὸ κῆδος εὐνοϊκῶς αὐτῷ ἔχοντι, ἐπειδή τε τούτου
D *ἠτύχησεν, ἔτι μᾶλλον ὠργίζετο καὶ πᾶσαν τὴν βασιλέως γῆν ἐληΐζετο. ἦν δέ τις ἐν Δαλματίᾳ Μαρκελλιανὸς τῶν Ἀετίῳ γνωρίμων, ἀνὴρ δόκιμος, ὃς ἐπειδὴ Ἀέτιος ἐτελεύτησε τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ, βασιλεῖ εἴκειν οὐκέτι ἠξίου, ἀλλὰ νεωτερίσας τε καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀποστήσας οὕτως εἶχε τὸ Δαλματίας κρά-*

1. Βηρίνης] Βερίνης P. Recte p. 193 c. 2. ἐκτόπως] ἐκ τόπου A. 4. Ἄσπαρ τῆς] ἄσπαρι τοῦ A. 5. εἰς τὴν] τὴν om. V. 8. ἡσσωμένων A. ἡσσομένων V. ἡσσημένων P. 10. παρακαταθέσθαι] παρακαθέσθαι A. 14. ἔχρηζε A. ἔχρησε P. 15. Οὐαλ—] Βαλ — P. 21. οὕτως] οὗτος HL. οὕτως Hm.

exscindere, factum est ut Leo bellum dederit Basilisco, uxoris suae Verinae fratri, incredibiliter affectanti Imperium, quo se potiturum sine pugna sperabat, fretus Asparis amicitia. Nam Aspari Arianae sectae addicto, neque ab ea discedere cogitanti, praeclusus quidem erat ad Imperium aditus; at idem alium evehere eo facile poterat: iamque in Leonem Aug. a quo fuerat offensus, dirum aliquid coquere videbatur. Ergo Asparem perhibent tunc temporis, veritum ne clades Vandalica Leoni imperium firmissime stabiliret, Basilisco Vandalos ac Gizericum enixius commendavisse.

Anthemium senatorem, divitiis et splendore generis inclytum, ut arma adversus Vandalos coniuncte moveret, iam Leo praemiserat in Occidentem, cuius etiam Imperatorem ipsum creaverat, praeterito Olybrio, cui Gizericus, utpote Placidiae Valentiniani filiae marito, et propter affinitatem amico, Imperium petiverat maximopere. Repulsa irritatus, ditionem omnem Imperatoris vastavit. Erat in Dalmatia Marcellianus, vir nobilis, et olim familiaris Aëtio; quo, uti supra narravimus, interfecto, obsequium abnuerat Imperatori, quin etiam novatis rebus, et provincialibus ad defectionem pertractis Dalmatiae dominatum

τος, οὐδενός οἱ ἐς χεῖρας ἰέναι τολμήσαντος. τοῦτον δὴ τὸν Μαρκελλιανὸν τότε Λέων βασιλεὺς εὖ μάλα τιθασεύων προσεποιήσατο, καὶ ἐς Σαρδὼ τὴν νῆσον ἐκέλευεν ἰέναι, Βανδίλων P 192 κατήκοον οὖσαν. ὁ δὲ αὐτὴν Βανδίλους ἐξελάσας οὐ χαλεπῶς ἔσχεν. Ἡράκλειος δὲ σταλεὶς ἐκ Βυζαντίου εἰς Τρίπολιν τὴν ἐν Λιβύῃ, νικήσας τε μάχῃ τοὺς ταύτῃ Βανδίλους, τάς τε πόλεις ῥᾳδίως εἷλε καὶ τὰς ναῦς ἐνταῦθα ἀπολιπὼν πεζῇ τὸ στράτευμα ἐς Καρχηδόνα ἦγε. τὰ μὲν οὖν τοῦ πολέμου προοίμια τῇδε ἐφέρετο.

Βασιλίσκος δὲ τῷ παντὶ στόλῳ ἐς πόλισμα κατέπλευσε, Καρχηδόνος διέχον οὐχ ἧσσον ἢ ὀγδοήκοντά τε καὶ διακοσίοις σταδίοις (Ἑρμοῦ δὲ νεὼς ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ ἐτύγχανεν ὤν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ Μερκούριον ὁ τόπος ἐκλήθη· οὕτω γὰρ τὸν Ἑρμῆν καλοῦσι Ῥωμαῖοι), καὶ εἰ μὴ ἐθελοκακήσας ἐμέλλησεν, ἀλλ' εὐ- B θὺ ἐπεχείρησε Καρχηδόνος ἰέναι, αὐτήν τε ἂν αὐτοβοεὶ εἷλε καὶ Βανδίλους ἐς οὐδεμίαν ἀλκὴν τραπομένους κατεδουλώσατο. οὕτω Γιζέριχος Λέοντα ὡς ἄμαχον βασιλέα κατωρρώδησεν, ἐπεί οἱ Σαρδώ τε καὶ Τρίπολις ἁλοῦσαι ἠγγέλλοντο καὶ τὸν Βασιλίσκου στόλον ἑώρα οἷος οὐδείς πω ἐλέγετο Ῥωμαίοις πρότερον γεγενῆσθαι. νῦν δὲ τοῦτο ἐκώλυσεν ἡ τοῦ στρατηγοῦ μέλλησις, εἴτε κακότητι εἴτε προδοσίᾳ προσγενομένη. Γιζέριχος δὲ τῆς Βασιλίσκου ὀλιγωρίας ἀπολαύων ἐποίει τάδε. ὁπλίσας ἅπαντας ὡς V 355

2. τιθασεύων] τιθασσεύων P. 3. ἐκέλευεν AHL. ἐκέλευσεν P. 4. Βανδίλους] βανδήλους L. 10. παντὶ] Vulgo παντί τε.

invaserat, nemine se offerente, qui conferre manum auderet. Marcellianum hunc Leo blanditiis conciliatum perpulit, ut Sardiniam, tum subditam Vandalis, aggrederetur. Is haud aegre exactis Vandalis, insula potitus est. Tum quoque missus Byzantio Heraclius, ad Tripolin Africae fusis acie Vandalis, urbes facile cepit, atque ibi relictis navibus, copias terrestri itinere Carthaginem versus duxit. Ita se habebant belli praeludia.

Basiliscus vero universam classem ad oppidulum appulit, stadiis non minus 280. Carthagine dissitum; cui ex vetusto fano Mercurii (sic Romani appellant) datum est Mercurii nomen. Ac si tempus non duxisset, composito cessans, sed recta Carthaginem perrexisset, ipsam primo cepisset aditu, et Vandalos subegisset, quorum animi ad vim minime spectabant: adeo Gizericum Leo terruerat, visu illi Imperator invictus, ex quo nuntius de Sardinia ac Tripoli receptis venerat, et apparuerat eam esse Basilisci classem, cui parem nullam habuisse unquam Romani dicerentur. At successum impediit ducis cunctatio, quam vel ignavia, vel proditio peperit. Gizericus opportunitate, quam oscitatio Basilisci praebebat, apposite utens, hoc egit. Cum subditos, quoad eius facere poterat, omnes armasset, illis maiores naves implevit: vacuas ac celeres

ἄριστά εἶχε τοὺς ὑπηκόους ἐπλήρου τὰς ναῦς, ἄλλας τε κενὰς
C ἀνδρῶν καὶ ὡς τάχιστα πλεούσας ἐν παρασκευῇ εἶχε. πέμψας
δὲ πρέσβεις ὡς Βασιλίσκον ἐδεῖτο τὸν πόλεμον ἐς πέντε ἡμερῶν
ὑπερβαλέσθαι χρόνον, ὅπως μεταξὺ βουλευσάμενος ἐκεῖνα ποιοίη
ἃ δὴ μάλιστα βασιλεῖ βουλομένῳ εἴη. λέγουσι δὲ αὐτὸν καὶ χρυ-
σίου πολύ τι χρῆμα κρύφα τῆς Βασιλίσκου στρατιᾶς πέμψαντα
ταύτην δὴ τὴν ἐκεχειρίαν ὠνήσασθαι. ἔπρασσε δὲ ταῦτα οἰόμε-
νος, ὅπερ ἐγένετο, πνεῦμα ἐπίφορον ἐν τούτῳ οἱ τῷ χρόνῳ γε-
H 99 νήσεσθαι. Βασιλίσκος δὲ ἢ Ἄσπαρι καθάπερ ὑπέστη χαριζόμε-
νος ἢ τὸν καιρὸν χρημάτων ἀποδιδόμενος, ἢ καὶ βέλτιον αὐτῷ
ἐνομίσθη, ἐποίει τε τὰ αἰτούμενα καὶ ἡσύχαζεν ἐν τῷ στρατοπέ-
D δῳ, τὴν εὐκαιρίαν προσδεχόμενος τῶν πολεμίων. οἱ δὲ Βανδί-
λοι, ἐπειδὴ σφίσι τάχιστα τὸ πνεῦμα ἐγεγόνει, ὃ δὴ τέως καρα-
δοκοῦντες ἐκάθηντο, ἀράμενοί τε τὰ ἱστία καὶ τὰ πλοῖα ἀφέλκον-
τες ὅσα αὐτοῖς ἀνδρῶν κενά, ὥσπερ μοι πρότερον εἴρηται,
παρεσκεύαστο, ἔπλεον ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ὡς δὲ ἀγχοῦ ἐγένον-
το, πῦρ ἐν τοῖς πλοίοις ἐνθέμενοι, ἃ δὴ αὐτοὶ ἐφέλκοντες ἦγον,
κεκολπωμένων αὐτοῖς τῶν ἱστίων, ἀφῆκαν ἐπὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων
στρατόπεδον. ἅτε δὲ πλήθους ὄντος ἐνταῦθα νηῶν, ὅπῃ τὰ
πλοῖα ταῦτα προσπίπτοιεν, ἔκαιόν τε ῥᾳδίως καὶ αὐτὰ οἷς ἂν
P 193 ξυμμίξαιεν ἑτοίμως ξυνδιεφθείρετο. οὕτω δὲ τοῦ πυρὸς ἐπιφερο-

1. ἄλλας] ἴσ. ἄλλως Hm: frustra. 10. ἢ καὶ βέλτιον αὐτῷ ἐνομίσθη] Themistius p. 59, 13. ὅσοι δὲ ὑπ' ἀσθενείας ἢ τῆς πρὸς τὸ τελεῖν εὐλαβείας ἢ καὶ βέλτιον αὐτοῖς ἐνομίσθη μένειν, οὗτοι —. ubi Iacobsius ἢ ὅτι καὶ requirebat. 11. ἐποίει τε] ἐποίησέ L. 20. αὐτὰ] αὐτοὶ HL. αὐτοῖς Grotius.

cymbas praesto iussit esse: tum per caduceatores Basiliscum rogavit, ut praelium in diem ab illo quintum reiiceret: hoc interim spatio re deliberata, se confecturum promisit, quae maxime e sententia forent Imperatoris. Fertur etiam grandem auri summam misisse, inscieute exercitu Basilisci, itaque has inducias emisse. Quae quidem praestitit, ea spe ductus, fore ut, quod et contigit, secundus ventus hoc temporis intervallo oriretur. Basiliscus, sive, uti receperat, Aspari gratificaretur, sive tempus rei bene gerendae idoneum pecunia venderet, sive id satius sibi esse existimaret, postulatis annuit, seque continuit in castris, commodum hosti tempus opperiens. Vandali, simul ventus surrexit, quem avide exspectando, nondum se loco moverant; statim vela attollere, et navigia vacua, quae, ut supra monui, habebant in expedito, trahentes, ad hostem contendere. Provecti propius, ignem scaphis remulco actis iniiciunt, velisque sinuatis, eas in castra navalia Romanorum dimittunt: ubi quoniam densae rates erant, quocunque scaphae illae inciderent, flammam facile communicabant, et cum iis pariter, quibus erant permistae, protinus corrumpebantur. Ita grassante incendio, Romana classis tu-

μένου θόρυβός τε, ὡς τὸ εἰκός, εἶχε τὸν Ῥωμαίων στόλον καὶ κραυγῆς μέγεθος τῷ τε πνεύματι καὶ τῷ τῆς φλογὸς βόμβῳ ἀντιπαταγούσης μάλιστα, καὶ τῶν στρατιωτῶν ὁμοῦ τοῖς ναύταις ἀλλήλοις ἐγκελευομένων καὶ τοῖς κοντοῖς διωθουμένων τά τε πυρφόρα πλοῖα καὶ τὰς σφῶν αὐτῶν ναῦς ὑπ' ἀλλήλων διαφθειρομένας οὐδενὶ κόσμῳ. ἤδη δὲ καὶ οἱ Βανδίλοι παρῆσαν βάλλοντές τε καὶ καταδύοντες καὶ αὐτοῖς ὅπλοις τοὺς διαφεύγοντας τῶν στρατιωτῶν ληιζόμενοι. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ἄνδρες ἀγαθοὶ Ῥωμαίων ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ ἐγένοντο, καὶ πάντων μάλιστα Ἰωάννης, ὑποστράτηγός τε ὢν Βασιλίσκου καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν τῆς ἐκείνου B *προδοσίας μεταλαχών. περιστάντος γὰρ ὁμίλου πολλοῦ τὴν αὐτοῦ ναῦν, ἔκτεινε μὲν ἐπιστροφάδην ἀπὸ τοῦ καταστρώματος πολύ τι τῶν πολεμίων πλῆθος, ὡς δὲ ἁλισκομένης ᾔσθετο τῆς νεώς, ἥλατο ξὺν πάσῃ τῇ τῶν ὅπλων σκευῇ ἀπὸ τῶν ἰκρίων εἰς θάλασσαν. πολλὰ μὲν οὖν αὐτὸν ἐλιπάρει Γένζων ὁ Γιζερίχου, πιστά τε παρεχόμενος καὶ σωτηρίαν προτεινόμενος, ὁ δὲ οὐδὲν ἧσσον ἐς θάλασσαν καθῆκε τὸ σῶμα, ἐκεῖνο μόνον ἀποφθεγξάμενος, ὡς οὐ μή ποτε Ἰωάννης ὑπὸ χερσὶ κυνῶν γένηται. ὁ μὲν δὴ πόλεμος οὗτος ἐς τοῦτο ἐτελεύτα καὶ Ἡράκλειος ἐπ' οἴκου* C *ἀπεκομίσθη· Μαρκελλιανὸς γάρ πρός του τῶν συναρχόντων ἀπώλετο δόλῳ. Βασιλίσκος δὲ ἀφικόμενος ἐς Βυζάντιον ἱκέτης ἐκάθητο ἐς τὸ ἱερὸν τοῦ μεγάλου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ (Σοφίας κα-*

2. *τῷ τῆς*] *τῷ τᾶς* L. 6. *Βανδίλοι*] Vulgo *Βάνδιλοι*. 8. *οἳ καὶ* HL. *καὶ* om. P. 11. *γὰρ*] *δὲ* L. 14. *ἥλατο*] *ἥλλατο* AL. 19. *Ἡράκλειος*] *ἡράκλεις* L. 22. *Σοφίας*] *σοφίαν* L.

multu, ut res ferebat, misceri, et confremere clamore insano; qui vento murmuranti ac flammis crepitantibus respondebat: scilicet hortatibus mutuis accendebant se milites et nautae inter se confusi, et cum scaphas incendiarias, tum suas etiam naves, quae in summa perturbatione sibi invicem erant exitio, contis trudebant. Iam etiam ingruere Vandali, tela mittere, mersare undis, et cum armis fugientem Romanum militem spoliare. Quanquam inter Romanos non defuere, qui se in hoc praelio viros animosos praestiterint. Primas tulit Ioannes Basilisci legatus, proditionis illius minime consors. Siquidem magno hostium numero circumvadente eius navim, ipse in orbem discursans, multos e foris cecidit, utque illam teneri vidit, cum armis omnibus praecipitem se in aequor egit ex tabulatis. Precibus quidem talem virum Genzo Gizerici filius revocabat, dans ipsi fidem ac salutem offerens: nihilo is minus se in profundum demersit, hoc unum effatus, nunquam venturum Ioannem in manus canum. Hic illius belli exitus fuit. Heraclius domum redit, iam extincto Marcelliano fraude cuiusdam ex ipsius collegis. Revectus Byzantium Basiliscus, asylum petiit, iacuitque supplex in aede, quae magno Christo Deo sacra est, et Sophiae templum dicitur a Byzantinis, hanc

λοῦσιν οἱ Βυζάντιοι τὸν νεών, ταύτην δὴ μάλιστα τῷ θεῷ πρέπειν τὴν ἐπωνυμίαν ἡγούμενοι), ἐξαιτησαμένης δὲ Βηρίνης τῆς βασιλίδος τὸν μὲν κίνδυνον τοῦτον διέφυγεν, ἐς βασιλείαν δὲ τότε παρελθεῖν, ἧς δὴ ἕνεκα πάντα αὐτῷ εἴργαστο, οὐχ οἷός τε ἦν. Λέων γὰρ βασιλεὺς οὐ πολλῷ ὕστερον Ἄσπαρά τε καὶ Ἀρδαβούριον ἐν παλατίῳ διέφθειρεν, ἐπεί οἱ θάνατον ἐπιβουλεύειν αὐτοὺς ὑπετόπησε. ταῦτα μὲν οὖν ἐγένετο τῇδε.

D ζ΄. Ἀνθέμιος δὲ ὁ τῶν δυσμῶν αὐτοκράτωρ πρὸς τοῦ κη-
V 356 δεστοῦ Ῥεκίμερος διαφθαρεὶς ἐτελεύτα, Ὀλύβριός τε τὴν βασι-
P 194 λείαν ἐκδεξάμενος ὀλίγῳ ὕστερον χρόνῳ τὴν ὁμοίαν πεπρωμένην ἀνέπλησε. τελευτήσαντος δὲ καὶ Λέοντος ἐν Βυζαντίῳ, παρέλαβε τὴν βασιλείαν Λέων ὁ Ζήνωνός τε καὶ Ἀριάδνης τῆς Λέοντος θυγατρὸς, ἐς ἡμερῶν ἔτι ὀλίγων που ἡλικίαν ἥκων. αἱρεθέντος δὲ ξυμβασιλέως αὐτῷ τοῦ πατρὸς, αὐτίκα δὴ μάλα ὁ παῖς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. ἄξιον δὲ καὶ Μαϊορίνου ἐπιμνησθῆναι, ὃς δὴ πρότερον ἔσχε τὸ ἑσπέριον κράτος. οὗτος γὰρ ὁ Μαϊορῖνος, ξύμπαντας τοὺς πώποτε Ῥωμαίων βεβασιλευκότας ὑπεραίρων ἀρετῇ πάσῃ, τὸ Λιβύης πάθος οὐκ ἤνεγκε πρᾴως, ἀλλὰ στρατιὰν ἐπὶ Βανδίλους ἀξιολογωτάτην ἀγείρας ἐν Λιγούροις ἐγέ-
B νετο, αὐτὸς τῷ στρατῷ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξηγεῖσθαι διανοούμενος, ἔς τε τοὺς ἄλλους πόνους καὶ οὐχ ἥκιστα ἐς τοὺς κινδύνους κομιδῇ ἄοκνος. οὐκ ἀξύμφορον δέ οἱ ἡγούμενος εἶναι δύναμίν τε τῶν Βανδίλων καὶ τὸ Γιζερίχου ἦθος διερευνήσασθαι πρό-

5. Ἀρδαβούριον] ἀνδαβούριον HL. *Ardaburius* supra p. 182 d. et saepius in Excerptis Legationum. 9. Ὀλύβριος] ὀλίβρυὸς HL. 16. ἔσχε A. εἶχε P. 19. ἀγείρας L. ἐγείρας P.

appellationem Deo aptissime convenire censentibus. Atque ille quidem Verinae Augustae deprecatione periculum evasit; sed Imperium, cuius causa nihil non egerat, tunc adipisci non potuit, ob consecutam brevi necem Asparis et Ardaburii, quos in palatio Leo Aug. occidi iussit, insidias vitae suae ab illis paratas suspicatus. Haec ibi ita gesta.

7. Imperator Occidentis Anthemius a Recimere genero confossus occubuit. Olybrius paucis post susceptum Imperium mensibus vitam fato simili clausit. Mortuo quoque Byzantii Leone, successit in eius locum alter Leo, Zenonis filius et Ariadnes filiae Leonis. Illi parum aetatis adhuc habenti consors adoptatus est pater: sed brevi puer ab hominibus demigravit. Ante haec, Occidentis Imperium obtinuerat Maiorinus, de quo sine iniuria tacere nequeo. Hic enim Romanis Imperatoribus, quotquot unquam fuerunt, antecellens virtute, cuius numeros omnes continebat, Africae cladem non remisso animo tulit; sed in Liguria florentissimum exercitum adversus Vandalos conflavit, utque vir erat ad labores quosvis et discrimina belli impiger, eum ipse constituit in hostes ducere. Ratus autem operae pretium esse, prius explorare et Vandalorum vires

τερον καὶ ὅπη ποτὲ Μαυρούσιοί τε καὶ Λίβυες εὐνοίας τε καὶ ἔχθους πέρι ἐς αὐτοὺς κατέστησαν, αὐτὸς τοῦ τοιούτου ἔργου τελεστὴς γενέσθαι ἔγνω. πρεσβευτὴς οὖν ὡς δὴ ἐκ βασιλέως παρὰ τὸν Γιζέριχον ἐστάλη, ἄλλο τι αὐτῷ ὄνομα ξυμπεπλασμένον ἐπενεγκών. δείσας δὲ μὴ καταφανὴς γεγονὼς αὐτός τε κακόν τι λάβῃ καὶ τὰ πρασσόμενα διακωλύσῃ, μηχανᾶται τοιάδε. τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας (διαβόητοι γὰρ ἦσαν ἐς πάντας ἀνθρώπους ὅτι δὴ οὕτω ξανθαὶ εἶεν ὥστε χρυσῷ ἀκιβδήλῳ εἰκάζεσθαι) βαφῇ H 100
τινι χρίσας ἐς τοῦτο ἐξεπίτηδες ἐξευρημένῃ ἐπὶ καιροῦ μεταβαλεῖν C
ἐς τὸ κυάνεον παντελῶς ἴσχυσεν. ἐπεὶ δὲ Γιζερίχῳ ἐς ὄψιν ἦλθε, τά τε ἄλλα ὁ Γιζέριχος αὐτὸν ἐνεχείρει δεδίσσεσθαι καὶ ἅτε φίλον ἐπαγαγόμενος ἐς τὸ οἴκημα ἦλθεν, οὗ δὴ τὰ ὅπλα ξυνέκειτο πάντα, πολλά τε καὶ ἀξιολογώτατα ὑπερφυῶς ὄντα. ἐνταῦθά φασι τὰ ὅπλα κινηθέντα ἐκ τοῦ αὐτομάτου πάταγον οὐ μέτριον οὐδὲ τὸν τυχόντα ἀφεῖναι, καὶ τότε μὲν τῷ Γιζερίχῳ σεισμόν τινα γεγονέναι δοκεῖν, ἔξω δὲ γινομένῳ ἀμφί τε τῷ σεισμῷ ἀναπυνθανομένῳ, ἐπεί οἱ τῶν ἄλλων οὐδεὶς ὡμολόγει, θαῦμα μὲν ἐπιπεσεῖν μέγα, οὐ μέντοι ξυμβαλεῖν τὸ γεγονὸς οἵῳ τε εἶναι.
ὁ μὲν οὖν Μαϊορῖνος διαπεπραγμένος ἅπερ ἐβούλετο ἐπὶ Λιγου- D
ρίας ἀπεκομίσθη, καὶ τῷ στρατῷ πεζῇ βαδίζοντι ἐξηγούμενος ἐπὶ στήλας τὰς Ἡρακλείους ᾔει, διαβαίνειν μὲν διανοούμενος τὸν ἐκείνῃ πορθμόν, ὁδῷ δὲ τὸ λοιπὸν ἐπὶ Καρχηδόνα ἐνθένδε ἰέναι. ὧνπερ ὁ Γιζέριχος αἰσθόμενος καὶ ὅτι δὴ πρὸς Μαϊορίνου ἐν τῇ

1. καὶ ἔχθους] Vulgo ἢ ἔχθους. 4. αὐτῷ] αὐτῷ P. 9. μεταβαλεῖν] μεταλαβεῖν LHm.

H 115 χερσὶν ἔχων τὸ τοῦ πολέμου κράτος, ἐθελούσιος αὐτὸ τοῖς πολεμίοις μεθῆκε, πλὴν εἰ μὴ ἐς τὸν θεὸν καὶ τὰ τῆς ἀβουλίας ἀναφέρειν δεήσει, ὅς, ἡνίκα τι ἀνθρώπῳ ξυμβῆναι βούλεται φλαῦρον, τῶν λογισμῶν ἁψάμενος πρῶτον οὐκ ἐᾷ τὰ ξυνοίσοντα ἐς βουλὴν ἔρχεσθαι. εἴτε γὰρ τὴν δίωξιν εὐθυωρὸν ἐποιήσατο,
C οὐδ' ἂν αὐτὸν ὑποστῆναι Βελισάριον οἶμαι, ἀλλ' ἄρδην ἅπαντα ἡμῖν διαφθαρῆναι τὰ πράγματα· τοσοῦτον δή τό τε τῶν Βανδίλων πλῆθος τό τε αὐτῶν κατὰ Ῥωμαίων δέος ἐφαίνετο· εἴτε καὶ Καρχηδόνος εὐθὺ ἤλασε, τούς τε ξὺν Ἰωάννῃ εἰπετῶς ἂν ἅπαντας ἔκτεινεν, οἵ γε κατὰ ἕνα καὶ δύο ἀφροντιστήσαντές τε καὶ περιπάτους ἐν τῷ πεδίῳ ποιούμενοι τοὺς κειμένους ἐσύλων. καὶ τὴν πόλιν ξὺν τοῖς χρήμασι διασωσάμενος τῶν τε ἡμετέρων νεῶν
V 376 οὐ πόρρω ἀφικομένων ἐκράτει καὶ ὅλην ἡμῖν ἀνέστελλε τοῦ τε ἀπόπλου καὶ τῆς νίκης ἐλπίδα. ἀλλὰ γὰρ ἔπραξε τούτων οὐδέτερα. βάδην δὲ κατιὼν ἐκ τοῦ λόφου, ἐπεὶ ἐν τῷ ὁμαλεῖ ἐγένετο καὶ τἀδελφοῦ τὸν νεκρὸν εἶδεν, ἔς τε ὀλοφύρσεις ἐτράπετο
D καὶ τῆς ταφῆς ἐπιμελόμενος οὕτω δὴ τοῦ καιροῦ τὴν ἀκμὴν ἠμ-

7. ἐς L. εἰς P. 8. ξυμβῆναι βούλεται] βούληται ξυμβαίνειν Hm. „βούληται Reg.“ Malt. 15. τε om. A. 21. εἶδεν L. οἶδεν P.

pisset, staturum, quin etiam coniuncte processurum in Vandalos. At statim ut permisti sunt, praeter opinionem arrepta fuga, quantum pedibus valebant, recta omnes ad Belisarium contenderunt.

Quid causae deinde fuerit cur Gelimer, cum victoriam haberet in manibus, eam hosti sponte dimiserit, explicare non queo: nisi dicam ipsam quoque imprudentiam referendam ad deum esse, qui casum alicui adversum destinans, prius mentem illius praepedit, nec utile consilium inire sinit. Ille certe si protinus insecutus esset fugientes, cessisset ipse, meo quidem iudicio, Belisarius, resque omnes nostrae pessum ivissent: tantus Vandalorum exercitus, tanta Romanorum trepidatio esse videbatur. Quod si etiam recta Carthaginem properasset, eos, qui cum Ioanne erant, facile delevisset, cum vel singuli separate, vel bini simul spatiarentur in campo securi, et quos straverant, spoliarent. Quin urbe et gaza servatis, haud longe positas naves nostras cepisset, spemque omnem cum navigationis tum victoriae nobis incidisset. At neutrum fecit. Nam colle in planitiem pedetentim degressus, conspecto fratris cadavere, se ad lamenta convertit, tempusque et curam ponens in eo tumulando, occasionem excidere passus est, quam arripere nunquam am-

βλυνεν, ἧς γε οὐκέτι ἀντιλαβέσθαι ἐδύνατο. τοῖς δὲ φεύγουσι
Βελισάριος ἀπαντήσας στῆναι κελεύει, κοσμίως τε ἅπαντας διατάξας καὶ πολλὰ ὀνειδίσας, ἐπειδὴ τήν τε Ἀμμάτα τελευτὴν ἤκουσε καὶ τὴν Ἰωάννου μεμάθηκε δίωξιν καὶ περὶ τοῦ χωρίου καὶ τῶν πολεμίων ἐπύθετο ὅσα ἐβούλετο, δρόμῳ ἐπὶ Γελίμερά τε καὶ Βανδίλους ἐχώρει. οἱ δὲ βάρβαροι ἄτακτοί τε καὶ ἀπαράσκευοι ἤδη γεγονότες ἐπιόντας αὐτοὺς οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλὰ φεύγουσιν ἀνὰ κράτος, πολλοὺς ἐνταῦθα ἀποβαλόντες, καὶ ἡ μάχη ἐτελεύτα ἐς νύκτα. ἔφευγον δὲ οἱ Βανδίλοι οὐκ ἐς Καρ- P 223
χηδόνα οὐδὲ ἐς Βυζάκιον, ὅθενπερ ἧκον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ Βούλλης πεδίον καὶ τὴν ἐς Νουμίδας ὁδὸν φέρουσαν. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην καὶ οἱ Μασσαγέται περὶ λύχνων ἁφὰς ἐς ἡμᾶς ἀναστρέψαντες καὶ ἅπαντα τὰ ξυμβεβηκότα μαθόντες τε καὶ ἀγγείλαντες ξὺν ἡμῖν ἐν Δεκίμῳ διενυκτέρευσαν.

κ'. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τῶν πεζῶν ἅμα τῇ Βελισαρίου γυναικὶ B
παραγενομένων ξύμπαντες τὴν ἐπὶ Καρχηδόνα ἐπορευόμεθα, ἔνθα δὴ περὶ δείλην ὀψίαν ἥκοντες ηὐλισάμεθα, καίτοι ἐκώλυεν οὐδεὶς ἐς τὴν πόλιν αὐτίκα ἐσελάσαι. οἵ τε γὰρ Καρχηδόνιοι τὰς πύλας ἀνακλίναντες λύχνα ἔκαιον πανδημεὶ καὶ ἡ πόλις κατελάμπετο τῷ πυρὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐκείνην, καὶ τῶν Βανδίλων οἱ ἀπολελειμμένοι ἐν τοῖς ἱεροῖς ἱκέται ἐκάθηντο. ἀλλὰ Βελισάριος διεκώλυσε τοῦ μήτε ἐνέδραν σφίσι πρὸς τῶν πολεμίων γενέσθαι μήτε τοῖς στρατιώταις ἄδειαν εἶναι, ἅτε ἐν νυκτὶ λανθάνουσιν,

10. *Βούλλης*] Vulgo *Βούλης*. *Bulae* RV. Conf. p. 232 a. 233 b. 272 b.

plius potuit. Fugientibus factus obviam Belisarius, sistere iubet, tum omnibus ordinatis graviterque increpitis, ubi caesum Ammatam, et Ioannem Barbaros insecutum audivit, deque locorum situ ac rebus hostium quidquid scire avebat, comperit, in Gelimerem Vandalosque incurrit. Nec iam impetum sustinuerunt incompositi atque imparati Barbari, sed effuse omnes fugerunt, et multa eorum edita caede, nox pugnam diremit. Caeterum Vandali non Carthaginem nec Byzacium versus, unde venerant, sed ad planitiem Bulae et viam, quae in Numidiam ducit, fugam intenderunt. Sub noctem, quando lumina accendi solent, Ioannes et Massagetae ad nos reversi, cum et successus nostros accepissent, et suos narrassent, nobiscum apud Decimum pernoctarunt.

20. Postero die peditatus cum uxore Belisarii affuit: tum Carthaginem omnes ire perreximus: quo postquam pervenimus vesperi, nocturnae quieti locum cepimus extra urbem, quamvis nemo, quominus illico ingrederemur, obstaret. Et vero Carthaginienses, reseratis portis, ubique publice lychnos incenderant, totaque ea nocte urbs ignibus colluxit: dum residui Vandali in templis supplices iacebant. Sed ingredi vetuit Belisarius, veritus ne quid insidiarum subesset, neu militi expilandi li-

ἐς ἁρπαγὴν τραπέσθαι. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ αἱ νῆες, εὔρου σφίσιν
C ἀνέμου ἐπιπεσόντος, ἐς τὴν ἄκραν ἀφίκοντο. καὶ οἱ Καρχηδό-
νιοι, ἤδη γὰρ αὐτὰς καθεώρων, τὰς σιδηρᾶς ἁλύσεις τοῦ λιμέ-
νος, ὃν δὴ Μανδράκιον καλοῦσιν, ἀφελόμενοι, εἰσιτητὰ τῷ
στόλῳ ἐποίουν. ἔστι δὲ ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ οἴκημα σκότους
ἀνάπλεων, ὃ δὴ Ἀγκῶνα καλοῦσι Καρχηδόνιοι, ἔνθα ἐνεβάλλον-
το ἅπαντες οἷς ἂν χαλεπαίνοι ὁ τύραννος. ἐνταῦθα καθειργμέ-
νοι ἐτύγχανον πολλοὶ τῶν ἑῴων ἐμπόρων ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου.
τούτοις γὰρ δὴ ὁ Γελίμερ χαλεπῶς εἶχεν, ἐπικαλῶν ὡς δὴ αὐτοὶ
βασιλέα ἐς τὸν πόλεμον ἐναγάγοιεν, ἔμελλόν τε διαφθαρῆναι πάν-
D τες, δόξαν τοῦτο τῷ Γελίμερι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ Ἀμμάτας ἐν
Δεκίμῳ ἀπέθανε· παρὰ τοσοῦτον κινδύνου ἦλθον. τούτου ὁ
δεσμοφύλαξ τοῦ δεσμωτηρίου, ἐπεὶ τά τε ἐν Δεκίμῳ πραχθέντα
ἤκουσε καὶ τὸν στόλον εἶδε τῆς ἄκρας ἐντός, ἐσελθὼν ἐς τὸ οἴ-
κημα πυνθάνεται τῶν ἀνδρῶν, οὔπω ἀγαθὰ πεπυσμένων, ἀλλ᾽
ἐν τῷ σκότῳ καθημένων καὶ καραδοκούντων τὸν θάνατον, τί
ποτε ἄρα βουλομένοις ἂν αὐτοῖς εἴη τῶν ὑπαρχόντων προεμένοις
σεσῶσθαι. τῶν δὲ ἅπαντα αἱρουμένων διδόναι ἃ βούλοιτο, ἄλλο
μὲν οὐδὲν ᾔτει τῶν πάντων χρημάτων, ἠξίου δὲ ἅπαντας ὀμνύ-
P 224 ναι ὡς, ἢν διαφύγοιεν, καὶ αὐτῷ ἐν κινδύνοις γενησομένῳ ξυλλή-
ψονται ὅση δύναμις. οἱ μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν. ὁ δὲ
τόν τε λόγον ἅπαντα ἔφραζε καὶ σανίδα ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν

4. Μανδράκιον] μαδράκιον H. 6. ἀνάπλεων Suidas s. v. ἀγκών. Vulgo ἀνάπλεον. ibid. Ἀγκῶνα] ἀγκῶνας Suidas. ibid. ἐνεβάλλοντο Suidas. Vulgo ἐνεβάλοντο. 8. χρόνου] καιροῦ posuit Suidas ubi haec suis verbis reddit. 9. τούτοις] τούτους H: illud Hm. 11. τοῦτο] τούτῳ HL.

centiam nox praeberet, ipsum tegendo. Ea die naves secundo euro promontorium attigere. Ubi illas prospexere Carthaginienses, portus, quem Mandracium vocant, sublatis catenis ferreis, classi receptum offerebant. Est in Regia tenebricosum ergastulum (Anconem Carthaginienses appellant) quo tyrannus sibi invisum quemque compingebat. Ibi multi institores Orientales tunc temporis attinebantur, offenso ipsis Gelimere, quod, ut aiebat, Imperatorem ad bellum induxissent. Extremum illis supplicium impendebat, iam a Gelimere eo die decretum, quo Ammatas ad Decimum oppetierat: tantum fuit eorum periculum. At postquam res ad Decimum gestas audivit carceris custos, et classem cis promontorium vidit, ingressus ergastulum, vinctos, qui prosperae suorum fortunae adhuc ignari sedebant in tenebris, ac supremam horam trepide expectabant, interrogat quo pretio redimere salutem vellent? Illis quodcunque ipsi esset collibitum pollicentibus, nihil omnino pecuniae, sed unum hoc petiit, iureiurando promitterent, si incolumes dimitterentur, periclitanti sibi pro virili parte affuturos. Quam conditionem amplexis, quo res loco

ἀφελὼν μέρους προσιόντα τὸν στόλον ἀπέδειξε, τῆς τε εἱρκτῆς ἀφεὶς ἅπαντας ξὺν αὐτοῖς ᾔει.

Οἱ δὲ ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντες, οὔπω τι ἀκηκοότες ὧν ἐν τῇ γῇ ὁ στρατὸς ἔδρασε, διηποροῦντο, καὶ τὰ ἱστία χαλάσαντες ἔς τε τὸ Μερκούριον πέμψαντες τὰ ἐν Δεκίμῳ πραχθέντα ἔμαθον, καὶ περιχαρεῖς γενόμενοι ἔπλεον. ἐπεὶ δὲ τοῦ πνεύματος V 377 σφίσιν ἐπιφόρου ὄντος ἀπὸ σταδίων πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν Καρ- H 116 χηδόνος ἐγένοντο, Ἀρχέλαος μὲν καὶ οἱ στρατιῶται αὐτοῦ ὁρμίσασθαι ἐκέλευον, τὴν τοῦ στρατηγοῦ δεδιότες πρόρρησιν, οἱ δὲ B ναῦται οὐκ ἐπείθοντο. τήν τε γὰρ ἐκείνῃ ἀκτὴν ἀλίμενον ἔφασκον εἶναι καὶ χειμῶνα ἐπίσημον αὐτίκα μάλα γενήσεσθαι ἐπίδοξον εἶναι, ὃν δὴ οἱ ἐπιχώριοι Κυπριανὰ καλοῦσι. προὔλεγόν τε ὡς, εἰ ἐνταῦθα σφίσιν ἐπιγένηται, οὐδ᾽ ἂν τῶν νεῶν μίαν διασώσασθαι δυνατοὶ εἶεν. καὶ ἦν δὲ οὕτως. ἐν βραχεῖ οὖν τά τε ἱστία χαλάσαντες καὶ βουλευσάμενοι, τοῦ μὲν Μανδρακίου πειράσασθαι οὐκ ᾤοντο χρῆναι (τάς τε γὰρ Βελισαρίου ἐντολὰς ὑπεστέλλοντο καὶ ἅμα τὴν ἐς τὸ Μανδράκιον εἴσοδον ταῖς ἁλύσεσιν ἀποκεκλεῖσθαι ὑπώπτευον, ἄλλως τε καὶ τῷ παντὶ στόλῳ τὸν λιμένα ἐκεῖνον οὐχ ἱκανὸν εἶναι), τὸ δὲ Στάγνον ἐφαίνετο σφίσιν ἐν καλῷ κεῖσθαι (μέτρῳ γὰρ τεσσαράκοντα σταδίων Καρχηδόνος C διέχει) ἐμπόδιόν τε οὐδὲν ἐν αὐτῷ εἶναι καὶ πρὸς τὸν στόλον ἅπαντα ἱκανῶς πεφυκέναι. ἔνθα δὴ ἀφικόμενοι περὶ λύχνων ἁφὰς ὡρμίσαντο πάντες, πλήν γε δὴ ὅτι Καλώνυμος, ἅμα τῶν

1. μέρους] μέρος H: μέρους Hm. 8. ὁρμίσασθαι L. ὁρμήσασθαι P. 15. χαλάσαντες] χαλάσαντας A.

essent exposuit, avulsoque assere, unde ad mare prospectus erat, classem accedentem ostendit: mox effuso carcere, cum ipsis abiit.

At classiarii, nondum auditis quae expositae in terram copiae fecerant, pendebant animi. Quare contractis velis, ad oppidum Mercurii mittunt: unde accepto rerum, quae apud Decimum contigerant, nuntio, laetissimi navigarunt. Provecti secundo vento, cum iam Carthagine stadiis centum et quinquaginta abessent, Belisarii mandatum reveriti Archelaus et milites, ad proximum littus applicare iubebant. Refragabantur nautae, asseverantes illud esse importuosum, ac, nisi mentiretur communis opinio, insignem illam tempestatem, quae Cypriana ab indigenis dicitur, imminere: hac si ibi deprehenderentur, fieri non posse, ut vel unam navim servarent: idque verum erat. Igitur demissis momento velis, reque in deliberationem vocata, tentandum non esse aditum in Mandracium censuere: tum ut Belisario obtemperarent, tum quia Mandracii ostium catenis clausum, nec portum universae classis capacem existimabant. At stagnum commode situm ipsis videbatur: quippe quod Carthagine stadiis XL. distaret, nullum haberet obicem, et omni classi sufficeret. Eo illati luminibus accensis, applicuerunt omnes, praeter Calony-

ναυτῶν τισι, τοῦ τε στρατηγοῦ ἀφροντιστήσας καὶ τῶν ἄλλων
πάντων ἐς τὸ Μανδράκιον λάθρα ἐπέβη, οὐδενὸς κωλῦσαι τολ-
μήσαντος, καὶ χρήματα τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ ᾠκημένων ξένων τε
καὶ Καρχηδονίων ἐμπόρων διήρπασε.

Τῇ δὲ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ Βελισάριος τούς τε ἐν ταῖς ναυσὶ
τὴν ἀπόβασιν ἐκέλευε ποιεῖσθαι καὶ ὅλον διακοσμήσας τὸ στρά-
D τευμα, διατάξας τε ὡς ἐς μάχην ἐπὶ Καρχηδόνα ἐσήλαυνεν· ἔδεισε
γὰρ μή τίς οἱ ἐνέδρα πρὸς τῶν πολεμίων ὑπαντιάσῃ. ἔνθα δὴ
πολλὰ μὲν τοὺς στρατιώτας ὑπέμνησεν, ἡλίκα σφίσιν εὐτυχήματα
γένοιτο, ἐπειδὴ σωφροσύνην ἐς Λίβυας ἐπεδείξαντο, πολλὰ δὲ
παρῄνεσε τὴν εὐκοσμίαν ἐν Καρχηδόνι ὡς μάλιστα διασώσασθαι.
Ῥωμαίους γὰρ τὸ ἀνέκαθεν ὄντας Λίβυας ἅπαντας γενέσθαι τε
ὑπὸ Βανδίλοις οὔτι ἐθελουσίους καὶ πολλὰ πεπονθέναι πρὸς ἀν-
δρῶν βαρβάρων ἀνόσια. διὸ δὴ καὶ βασιλέα ἐς πόλεμον κατα-
στῆναι Βανδίλοις, εἶναί τε οὐχ ὅσιον ξυμβῆναί τι πρὸς αὐτῶν
ἄχαρι ἐς ἀνθρώπους, ὧν τὴν ἐλευθερίαν ὑπόθεσιν ποιησάμενοι
ἐπὶ Βανδίλους ἐστράτευσαν. τοσαῦτα παραινέσας ἔς τε Καρ-
P 225 χηδόνα εἰσῆλθε καί, ἐπεὶ πολέμιον οὐδὲν σφίσιν ἐφαίνετο, ἐς τὸ
παλάτιον ἀναβὰς ἐν τῷ Γελίμερος θρόνῳ ἐκάθισεν. ἐνταῦθα
ἐντυχόντες πολλῇ κραυγῇ Βελισαρίῳ ἐμπόρων τε πλῆθος καὶ ἄλ-
λοι Καρχηδόνιοι, ὅσοις ἐπιθαλάσσια τὰ οἰκήματα τετύχηκεν εἶ-
ναι, ᾐτιῶντο ἁρπαγὴν σφίσι τῶν ὑπαρχόντων τῇ προλαβούσῃ
νυκτὶ πρὸς τῶν ναυτῶν ξυμβῆναι. ὁ δὲ Καλώνυμον ὅρκοις κα-

2. ἐπέβη] ἀπέβη L. 5. ἐπιγενομένῃ] ἐπιγινομένῃ LHm. 12. Ῥωμαίους γὰρ] γὰρ post Λίβυας HL.

mum, qui cum aliquot nautis, nulla Magistri militum, nulla caeterorum omnium habita ratione, clam Mandracium subiit, nemine offerre moram audente, et mercatores, cum exteros, tum Carthaginienses, qui propter mare habitabant, pecuniis spoliavit.

Insequenti die Belisarius exscensum classiariis imperat, et adornato universo exercitu, neque aliter quam ad pugnam disposito, insidiarum hostilium metu id suadente, iter Carthaginem versus dirigit. Ubi proxime ventum est, multus fuit in commemorandis militi successibus prosperis, quos exhibita Afris moderatio peperisset: plurimum hortatus est, ut disciplinam, praesertim Carthagine, servarent ac meminissent olim Afros, cum omnes essent Romani, invitos iugum Vandalicum subiisse, et a Barbaris iniquissime fuisse habitos; propterea Imperatorem arma movisse: nefas esse molestiam illis facessere, quorum libertatis causa bellum hoc suscepissent. Hac usus cohortatione, Carthaginem ingreditur, ac nihil usquam hostile nactus, palatium ascendit, ubi sedit in Gelimeris solio. Huc mercatores aliique Carthaginienses, quorum aedes mare praetexebant, facto agmine, vociferantes conveniunt Belisarium, seque a nautis superiori nocte expilatos queruntur. Ille Calonymum iureiurando obstrin-

ταλαμβάνει ἦ μὴν ἅπαντα ἐς τὸ ἐμφανὲς ἐνεγκεῖν τὰ φώρια. Καλώνυμος δὲ ὀμόσας τε καὶ τὰ ὀμωμοσμένα ἐν ἀλογίᾳ ποιησάμενος τὸ μὲν παραυτίκα τὰ χρήματα ἐληίσατο, χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον τὴν δίκην ἔτισεν ἐς Βυζάντιον. νόσῳ γὰρ ἁλοὺς τῇ καλουμένῃ ἀποπληξίᾳ καὶ τῶν φρενῶν ἔξω γενόμενος, τῆς τε γλώσσης ἀποτραγὼν τῆς αὐτοῦ, εἶτα ἀπέθανεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ ἐγένετο.

κα΄. Τότε δὲ Βελισάριος, ἐπεὶ ὁ καιρὸς ἐς τοῦτο ἦγεν, B ἄριστον σφίσιν ἐκέλευε γενέσθαι, οὗ δὴ Γελίμερ τοὺς τῶν Βανδίλων ἡγουμένους ἑστιᾶν εἰώθει. Δέλφικα τὸν τόπον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, οὐ τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ, ἀλλὰ κατὰ τὸ παλαιὸν ἑλληνίζοντες. ἐν παλατίῳ γὰρ τῷ ἐπὶ Ῥώμης, ἔνθα ξυνέβαινε στιβάδας τὰς βασιλέως εἶναι, τρίπους ἐκ παλαιοῦ εἱστήκει, ἐφ' οὗ δὴ τὰς κύλικας οἱ βασιλέως οἰνοχόοι ἐτίθεντο. Δέλφικα δὲ τὸν V 378 τρίποδα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ ὅπη βασιλέως εἶναι στιβάδα ξυμ- C βαίνει Δέλφικα τοῦτο καλοῦσι τὸ οἴκημα, ἐπεὶ καὶ τὰ βασιλέως οἰκία παλάτιον ἑλληνίζοντες καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Πάλλαντος γὰρ ἀνδρὸς Ἕλληνος ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ οἰκήσαντος πρὸ Ἰλίου ἁλώσεως, οἰκίαν τε λόγου ἀξίαν ἐνταῦθα δειμαμένου, παλάτιον μὲν τὸ οἴκημα τοῦτο ἐκάλουν, ἐπεὶ δὲ τὴν αὐτοκράτορα παραλαβὼν ἀρχὴν Αὔγουστος ἐνταῦθα καταλύειν τὸ πρῶτον ἔγνω, παλάτιον ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσι τὸ χωρίον οὗ ἂν βασιλεὺς καταλύοι. ἐν Δέλ- D

4. ἐς Βυζάντιον] ἀφικόμενος addebat Maltretus. 18. Πάλλαντος] πάλαντος H. 20. τε L. δὲ P.

git ut bona fide in medium proferat quidquid raptum est. Iuravit Calonymus, et periurio pecunias tum quidem abstulit: verum aliquanto post Byzantii poenas luit. Nam apoplexia correptus, et alienatus mente, abesa dentibus lingua, animam edidit. Sed haec postea.

21. Hora prandii iam appetente, id Belisarius instrui sibi iussit, ubi Gelimer convivio principes Vandalorum excipere consueverat. Eum locum Romani Delphicam, non utique Latino, sed Graeco vocabulo ex antiquitate petito, nominant. Siquidem in ea parte Romani palatii, ubi epulares tori Imperatoris erant, stabat ab aevo tripus, in quo Caesarei pincernae calices reponebant. Tripodem autem, quia Delphis primum est visus, Delphicam Romani vocant. Hinc mos deductus, ut Byzantii et ubicumque Caesareum accubitum est, coenaculum Delphica appelletur. Similiter Graecam habet originem nomen palatii, quo Regiam Romani donant. Cum enim Pallas, ortu Graecus, ibi sedem ante excidium Ilii fixisset, condita ab ipso domus magnifica palatium dicta fuit. Ex quo autem potitus rerum Caesar Augustus eamdem sibi legit habitationem, ubicumque est domicilium principis, palatium nuncupatur. Ergo Belisarius in Delphica epulatus est cum exercitus nobilitate. Ac pridie qui-

φικι τοίνυν Βελισάριός τε ἤσθιε καὶ εἴ τι ἐν τῷ στρατεύματι δό-
κιμον ἦν. τετύχηκε δὲ τῇ προτεραίᾳ τῷ Γελίμερι γεγονὸς ἄρι-
στον ἐν παρασκευῇ εἶναι. καὶ ταῖς τε βρώσεσιν αὐταῖς εἱστιά-
H 117 θημεν ἥ τε τοῦ Γελίμερος θεραπεία παρετίθει τε καὶ ᾠνοχόει καὶ
τὰ ἄλλα ὑπούργει. παρῆν τε ἰδεῖν ὡραϊζομένην τὴν τύχην καὶ
P 226 ποιουμένην ἐπίδειξιν, ὡς ἅπαντά τε αὐτῆς εἴη καὶ οὐδὲν ἀνθρώ-
πῳ ἴδιον γένοιτο. Βελισαρίῳ δὲ ξυνηνέχθη ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ εὐ-
δοκιμῆσαι ὡς οὔτε τῶν καθ᾽ αὐτὸν οὐδενὶ πώποτε οὔτε τῳ ἄλλῳ
τῶν ἐκ παλαιοῦ γεγονότων τετύχηκε. τῶν γὰρ δὴ Ῥωμαίων στρα-
τιωτῶν οὐκ εἰωθότων θορύβου χωρὶς ἐς πόλιν κατήκοον σφίσιν
οὐδ᾽ ἂν κατὰ πεντακοσίους ἄλλως τε καὶ ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου
ἰέναι, οὕτω δὴ κοσμίους ἅπαντας ὁ στρατηγὸς οὗτος τοὺς ἀρχο-
μένους παρέσχετο ὥστε οὐδὲ ὕβριν τινὰ ἢ ἀπειλὴν γενέσθαι, οὐ
μὴν οὐδέ τι ἐμπόδισμα τῇ κατὰ τὴν πόλιν ἐργασίᾳ ξυνέβη, ἀλλ᾽
B ἐν ἁλούσῃ πόλει καὶ πολιτείαν μεταβαλούσῃ καὶ βασιλείαν ἀλλα-
ξαμένῃ οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ξυνέβη τινὸς τὴν οἰκίαν ἀποκε-
κλεῖσθαι, ἀλλ᾽ οἱ γραμματεῖς τὰ βιβλίδια γράψαντες τοὺς στρα-
τιώτας, ὥσπερ εἰώθει, ἐς τὰς οἰκίας εἰσήγαγον, αὐτοί τε ὤνιον
ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς τὸ ἄριστον λαβόντες ὡς ἑκάστῳ ἦν βουλομένῳ
ἡσύχαζον.

Μετὰ δὲ Βελισάριος Βανδίλοις τε τοῖς ἐς τὰ ἱερὰ καταφυγοῦσι πιστὰ ἐδίδου καὶ τῶν τειχῶν ἐπεμελεῖτο. ἦν γὰρ ὁ Καρχηδόνιος περίβολος οὕτω δὴ ἀτημελημένος ὥστε ἐσβατὸς ἐν χώ-

8. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδέ P. 11. Post πεντακοσίους legebatur εἶναι. 12. ἰέναι] ἱέναι L. 15. πολιτείαν Pm. πολιτείᾳ P. 18. ἐς] εἰς L.

dem prandium apparatum Gelimeri fuerat: nobis vero placuit iisdem ipsis dapibus convivari. Quin et ministri Gelimeris fercula apponebant, infundebant pocula, et in omnibus deserviebant. Hic certe videre erat gloriantem Fortunam, ac docentem, se rerum esse omnium dominam, hominem nihil nisi precario possidere. Quo die Belisarius laudem consecutus est tantam, ut gloriam non eorum modo, qui tum vivebant, sed veterum etiam obscuraverit. Cum enim Romanis militibus solenne sit, nunquam sine tumultu urbem sibi subditam ingredi, si vel tantum quingenti sint, praesertim quando est profectio subitaria, ille suos omnes ita continuit in officio, ut nec contumeliae, nec minae usquam iactae fuerint, non impeditum civitatis commercium; sed in urbe capta, quae regimen dominumque mutaverat, tabernae usque patuerunt: scribae datis libellis hospitalibus, in domos pro more induxerunt milites; hi coemptis, quae quisque voluit, cibariis, quievere.

Post, Vandalis, qui in templa confugerant, fidem publicam Belisarius dedit, animumque ad urbis muros instaurandos adiecit, cum adeo neglecti fuissent, ut passim pervii, aditum cuivis facilem praeberent. Pars

ραις πολλαῖς τῷ βουλομένῳ καὶ εὐέφοδος ἐγεγόνει. μοῖρα γὰρ οὐκ ὀλίγη αὐτοῦ καταπεπτώκει καὶ διὰ τοῦτο Γελίμερα οἱ Καρχηδόνιοι ἔφασκον ἐν τῇ πόλει οὐχ ὑποστῆναι. οὐ γὰρ ἄν ποτε οἴεσθαι χρόνῳ ὀλίγῳ οἷόν τε εἶναι τῷ περιβόλῳ τούτῳ τὴν ἀσφά- C λειαν ἀνασώσασθαι. ἔλεγον δέ τι καὶ λόγιον παλαιὸν ἐν Καρχηδόνι πρὸς τῶν παιδίων ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις εἰρῆσθαι ὡς τὸ γάμμα διώξει τὸ βῆτα, καὶ πάλιν αὐτὸ τὸ βῆτα διώξει τὸ γάμμα. καὶ τότε μὲν παίζουσιν αὐτὸ τοῖς παιδίοις εἰρῆσθαι καὶ ἀπολελεῖφθαι ἐν αἰνίγματος ἀπορουμένου μοίρᾳ, νῦν δὲ ἅπασιν ἄντικρυς φανερὸν εἶναι. πρότερόν τε γὰρ Γιζέριχος Βονιφάτιον ἐξεδίωξε καὶ τανῦν Γελίμερα Βελισάριος. τοῦτο μὲν οὖν, εἴτε φήμη τις ἦν εἴτε λόγιον, ταύτῃ ἐχώρησεν.

Τότε δὲ καὶ ὄναρ πολλοῖς μὲν πολλάκις ὀφθὲν πρότερον, D ἄδηλον δὲ γεγονὸς ὅπῃ ἐκβήσεται, ἐς φῶς ἐληλύθει. ἐτύγχανε δὲ ὂν τὸ ὄναρ τοιόνδε. Κυπριανὸν, ἅγιον ἄνδρα, μάλιστα πάντων οἱ Καρχηδόνιοι σέβονται. καὶ αὐτῷ νεών τινα λόγου πολλοῦ ἄξιον πρὸ τῆς πόλεως ἱδρυσάμενοι παρὰ τὴν τῆς θαλάσσης ᾐόνα τά τε ἄλλα ἐξοσιοῦνται καὶ ἄγουσιν ἐνιαύσιον ἑορτὴν, ἣν δὴ Κυπριανὰ καλοῦσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν χειμῶνα οἱ ναῦται, οὗπερ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῇ πανηγύρει προσαγορεύειν εἰώθασιν, ἐπεὶ ἐς τὸν καιρὸν ἐπισκήπτειν φιλεῖ, ἐφ' οὗ ταύτην οἱ Λίβυες ἄγειν ἐς ἀεὶ τὴν ἑορτὴν νενομίκασι. τοῦτον οἱ Βανδίλοι τὸν νεὼν ἐπὶ Ὀνωρίχου βασιλεύοντος τοὺς Χριστιανοὺς βια-

17. ᾐόνα] ἠϊόνα P. 19. χειμῶνα] λιμένα A inter versus.

enim magna corruerat, eamque esse causam Carthaginienses dicebant, cur Gelimer se urbi non commisisset, quod non putaret muros exiguo tempore sic posse restitui, ut securitatem afferrent. Quoddam etiam vetus vaticinium repetebant, a pueris olim Carthagine in haec verba prolatum: *G fugabit B, ac rursus B fugabit G.* Ac tum quidem quod pueri ludentes iactabant, inter aenigmata perobscura locum habuit, nunc autem omnibus liquet: nam antea Gizericus Bonifacium, iam Belisarius Gelimerem exegit. Ita demum hoc cecidit, sive omen fuerit, sive vaticinium.

Patuit quoque et lucem accepit, oblatum saepe multis secundum quietem visum, cuius exitus omnes latebat: fuit autem eiusmodi. Carthaginienses D. Cypriano, quem maxime venerantur, templum clarissimum ante urbem ad littus maris posuere, et cum alia, quae ad eius cultum pertinent, rite procurant, tum solenne celebrant, quod ab ipsis dicitur Cypriana. Hoc ipsum nomen tempestati illi, cuius mentionem proxime feci, ideo nautae tribuunt, quia eo fere tempore cooriri solet, quo Afri festum hoc agere consuerunt. Templum illud Vandali, regnante Honorico, Chri-

σάμενοι ἔσχον. καὶ αὐτῶν ἐνθένδε ξὺν πολλῇ ἀτιμίᾳ τοὺς ἱερέας P 222 εὐθὺς ἐξελάσαντες αὐτοὶ τῶν ἱερῶν τὸ λοιπὸν, ἅτε προσηκόντων Ἀρειανοῖς, ἐπεμελοῦντο. ἀσχάλλουσιν οὖν διὰ ταῦτα καὶ διαπορουμένοις τοῖς Λίβυσι πολλάκις φασὶ τὸν Κυπριανὸν ὄναρ ἐπισκήψαντα φάναι ἀμφ' αὐτῷ μεριμνᾶν τοὺς Χριστιανοὺς ἥκιστα V 379 χρῆναι· αὐτὸν γάρ οἱ προϊόντος τοῦ χρόνου τιμωρὸν ἔσεσθαι. ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος περιφερόμενος ἐς τοὺς Λίβυας ἅπαντας ἦλθε, καραδοκεῖν μὲν αὐτοὺς τίσιν ποτέ τινα τῶν ἱερῶν τούτων ἕνεκα ἐς τοὺς Βανδίλους ἀφίξεσθαι, οὐκ ἔχειν μέντοι τεκμηριῶσαι ὅπῃ B ποτὲ αὐτοῖς ἡ τοῦ ὀνείρου ὄψις ἐκβήσεται. νῦν οὖν, ἐπειδὴ ἐς Λιβύην ὁ βασιλέως στόλος ἀφίκετο (ἐπανιὼν γὰρ ἤδη ὁ χρόνος τῇ ὑστεραίᾳ τὴν πανήγυριν ἀγαγεῖν ἔμελλεν), οἱ μὲν τῶν Ἀρειανῶν ἱερεῖς, καίπερ Ἀμμάτα Βανδίλοις ἐς Δέκιμον ἡγησαμένου, τό τε ἱερὸν ἐκάθηραν ἅπαν καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀναθημάτων τὰ κάλλιστα ἐκρέμων, καὶ τὰ λύχνα ἐν παρασκευῇ ποιησάμενοι τά τε κειμήλια ἐξενεγκόντες ἐκ τῶν ταμιείων ἡτοίμαζον ἀκριβῶς ἅπαντα, ὡς πῃ αὐτῶν ἕκαστον ἐς τὴν χρείαν ἔχον ἐπιτηδείως ἐτύγχανε. τὰ δὲ ἐν Δεκίμῳ οὕτως, ὥσπερ μοι προδεδήλωται, γενέσθαι C ξυνέβη. καὶ οἱ μὲν τῶν Ἀρειανῶν ἱερεῖς φεύγοντες ᾤχοντο, Χριστιανοὶ δὲ, οἷς τὰ ἐς τὴν δόξαν ὀρθῶς ἤσκηται, ἀφικόμενοι ἐς H 118 τοῦ Κυπριανοῦ τὸν νεὼν, τά τε λύχνα ἔκαιον ἅπαντα καὶ τῶν ἱερῶν ἐπεμελοῦντο ᾗπερ αὐτοῖς ταῦτα τελεῖσθαι νόμος, οὕτω τε ἅπασιν ἃ δὴ προὔλεγεν ἡ τοῦ ὀνείρου ὄψις ἐγνώσθη. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῇδε ἐχώρησεν.

16. ταμιείων AL. ταμείων P.

stianis per vim eripuerunt, mox detrusis indignissime eorum sacerdotibus, ipsi sacra Ariano ritu deinceps curarunt. Moestis ea re et animi dubiis Afris Cyprianum saepe visum in somnis dixisse perhibent, ne sua causa Christianos haberet sollicitos, futurum enim tempus, cum ipse factam sibi iniuriam ulcisceretur. Quam vocem pervagatam cum Afri omnes accepissent, poenam aliquam, sacrorum eiusmodi vindicem, tandem Vandalis irrogandam, avide expectabant: at quo demum visum illud evasurum esset, coniectura assequi nequibant. Iam vero, postquam in Africam Imperatoris classis appulsa est, pridie recurrentis festi, quamvis ad Decimum Vandalos Ammatas duxisset, Ariani tamen sacerdotes templum perpurgarunt; e donariis, quae illic asservabantur, pulcherrima quaeque suspenderunt; lychnisque ornatis, et sacra supellectili e repositoriis educta, omnia, pro idoneo cuiusque usu, diligenter pararunt. Consecuta sunt, quae gesta apud Decimum supra dixi: tunc fuga elapsis sacerdotibus Arianis, Christiani, rectae fidei ac verae religionis cultores, Cypriani aedem ingressi, lucernas omnes accenderunt, et sacra consueto apud se ritu curarunt. Ita quid visum significaret, enotuit. Haec ibi evenerunt.

κβ'. Ἡ δὲ τῶν Βανδίλων τάξις λόγου παλαιοῦ ἀναμνησθέντες ἐθαύμαζον, ἐξεπιστάμενοι τὸ λοιπὸν ὡς ἀνθρώπῳ γε ὄντι οὔτ' ἂν ἄπιστός τις ἐλπὶς οὔτε κτῆσις βέβαιος γένοιτο. ὅστις δὲ ἦν οὗτος ὁ λόγος καὶ ὅντινα ἐρρήθη τρόπον, ἐγὼ δηλώσω. D ἡνίκα Βανδίλοι κατ' ἀρχὰς τῷ λιμῷ πιεζόμενοι ἐξ ἠθῶν τῶν πατρίων ἀνίστασθαι ἔμελλον, μοῖρά τις αὐτῶν ἀπελείπετο, οἷς δὴ ὀκνήσει ἐχομένοις πρὸς ἡδονὴν Γοδιγίσκλῳ ἐπισπέσθαι οὐκ ἦν. προϊόντος δὲ χρόνου τοῖς τε μείνασι τὰ ἐς τῶν ἐπιτηδείων τὴν ἀφθονίαν εὖ ἔχειν ἐδόκει καὶ Γιζέριχος ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν Λιβύην ἔσχεν. ὅπερ ἀκούσαντες οἱ Γοδιγίσκλῳ οὐκ ἐπισπόμενοι ἔχαιρον, τῆς χώρας λοιπὸν ἰσχυρότατα σφίσιν ἐς τὸ ἀποζῆν διαρκούσης. δείσαντες δὲ μὴ χρόνῳ πολλῷ ὕστερον ἢ αὐτοί, ὅσοι Λιβύην ἔσχον, ἢ τούτων ἀπόγονοι ὅτῳ δὴ τρόπῳ Λιβύης ἐξε- P 228 λαυνόμενοι ἐπανήξουσιν ἐς τὰ πάτρια ἤθη (οὐ γάρ ποτε Ῥωμαίους αὐτὴν ἐς ἀεὶ περιόψεσθαι ὑπετόπαζον), πρέσβεις ἔπεμψαν πρὸς αὐτούς. οἱ, ἐπεὶ Γιζερίχῳ ἐς ὄψιν ἧκον, συνήδεσθαι μὲν τοῖς ὁμογενέσιν οὕτω δὴ εὐημερήσασιν ἔφασκον, φυλάσσειν δὲ περαιτέρω τὴν γῆν οὐχ οἷοί τε εἶναι, ἥσπερ αὐτοὶ ὠλιγωρηκότες ἐπὶ Λιβύης ἱδρύσαντο. ἐδέοντο οὖν, εἰ μὴ γῆς τῆς πατρῴας μεταποιοῦνται, κτήματι αὐτοὺς ἀνονήτῳ σφίσι δωρήσασθαι, ὅπως δὴ κύριοι τῆς χώρας ὡς ἀσφαλέστατα γεγενημένοι, ἥν τις κακουργήσων ἐπ' αὐτὴν ἴοι, ὡς ἥκιστα ἀπαξιοῦν ὑπὲρ αὐτῆς θνή-

3. οὔτ' — οὔτε] οὐδ' — οὐδὲ P. 4. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 7. Γοδιγίσκλῳ] Scribebatur Γωδιγίσκλῳ hic et infra. Γοδίγισκλος scribitur p. 319, 9. 11. 323, 13. et corrupte Γοδίδισκλος p. 39, 22. 10. ὅπερ ἀκούσαντες] ὃ παρακούσαντες L.

22. At Vandalorum ordines mirabantur, veteris dicti memores, iamque edocti nihilnon in posterum ab homine probabiliter sperari, nihil certo possideri posse. Porro quodnam id verbum sit, et quomodo prolatum, exponam. Initio, cum pressi fame Vandali e patriis sedibus demigrarent, relicti sunt nonnulli, quibus obstitit blandiens inertia ne sequi vellent Godigisclum. Procedente tempore, illi residui largam habere annonam visi sunt, et Gizericus cum suis Africam occupavit. Cuius rei nuntius laetitiam iis attulit, qui comites Godigisclo se non addiderant: ad hoc enim res bene comparatas videbant, ut sua ipsis regio satis praeberet, quo vitam deinceps tolerarent. Sed veriti ne olim vel illi ipsi, qui Africam obtinuerant, vel eorum nepotes quoquo modo pulsi ex Africa, ad natale solum redirent (neque enim illam Romanis neglectui fore semper putabant) legatos miserunt: qui ad Gizerici conspectum admissi, dixere, se res adeo laetas gratulari popularibus suis: ab ipsis servari non posse amplius regionem, qua posthabita, Africam colerent: propterea rogare, ut, quando patriam non curarent, iis, qui remanserant, possessionem donarent iam inutilem sibi; ut regionis certum adepti dominium, si

σκειν. Γιζερίχῳ μὲν οὖν καὶ Βανδίλοις τοῖς ἄλλοις εὖ τε καὶ τὰ B δίκαια λέγειν ἔδοξαν, καὶ συνεχώρουν ἅπαντα, ὅσα οἱ πρέσβεις αὐτῶν ἔχρῃζον. γέρων δέ τις ἀνὴρ ἐν αὐτοῖς δόκιμος καὶ δόξαν ἐπὶ ξυνέσει πολλήν τινα ἔχων τὸ τοιοῦτον ἐπιτρέψειν οὐδαμῇ ἔφη. τῶν γὰρ ἀνθρωπείων οὐδ' ὁτιοῦν ἐπὶ τοῦ ἀσφαλοῦς ἵστασθαι, ἀλλ' εἶναι αὐτοῖς ἐς τὸν πάντα αἰῶνα βέβαιον μὲν τῶν ὄντων οὐδέν, τῶν δὲ οὐκ ὄντων οὐδὲν ἀμήχανον. ταῦτα ὁ Γιζέριχος ἀκούσας ἐπῄνεσέ τε καὶ τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἀποπέμπεσθαι ἔγνω. τότε μὲν οὖν αὐτός τε καὶ ὁ παραινέσας, ἅτε τὰ ἀμήχανα προορώμενοι, πρὸς πάντων Βανδίλων γέλωτα ὦφλον. ἐπεὶ δὲ ταῦτα, ἅπερ ἐρρήθη, ἐγένετο, μετέμαθόν τε τῶν ἀνθρωπείων C πραγμάτων οἱ Βανδίλοι τὴν φύσιν καὶ σοφοῦ τὸ ἔπος εἶναι ἀνδρὸς ἔγνωσαν.

V 380 Τούτων μὲν οὖν Βανδίλων, οἳ ἔμειναν ἐν γῇ τῇ πατρῴᾳ, οὔτε μνήμη τις οὔτε ὄνομα ἐς ἐμὲ σώζεται. ἅτε γάρ, οἶμαι, ὀλίγοις τισὶν οὖσιν ἢ βεβιάσθαι πρὸς βαρβάρων τῶν σφίσιν ὁμόρων ἢ ἀναμεμίχθαι οὔτι ἀκουσίοις τετύχηκε, τό τε ὄνομα ἐς αὐτούς πη ἀποκεκρίσθαι. οὐ μὴν οὐδὲ ἡσσημένοις τότε πρὸς Βελισαρίου Βανδίλοις ἔννοια γέγονεν ἐς ἤθη τὰ πάτρια ἐνθένδε ἰέναι. οὐ γὰρ εἶχον ἐκ Λιβύης ἐκ τοῦ αἰφνιδίου, ἄλλως τε καὶ νεῶν οὐ παρουσῶν D σῶν σφίσιν, ἐς τὴν Εὐρώπην κομίζεσθαι, ἀλλ' ἔτισαν ἐνταῦθα τὴν δίκην ἁπάντων ὧνπερ ἐς Ῥωμαίους εἰργάσαντο καὶ οὐχ ἥκιστα ἐς Ζακυνθίους. Γιζέριχος γάρ, ἐπισκήψας ποτὲ τοῖς ἐν Πελο-

11. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 15. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 16. βεβιάσθαι L. βεβιᾶσθαι P. 23. Πελοποννήσῳ] Πελοπονήσῳ P.

quis eo veniret infensus, pro illa mori non dubitarent. Aequa haec Gizerico caeterisque Vandalis postulatio visa est; iamque annuebant legatis, cum senex quidam nobilitate et prudentia clarissimus intercessit, nihil in rebus humanis stabile esse affirmans, sed quaecunque quidem adessent, omnia fore semper incerta; quae vero nondum existerent, eorum nihil non posse fieri. His auditis assentiens Gizericus, legatos re infecta remisit. Tum quidem ipsum ac suasorem, tanquam impossibilium providos, Vandali omnes deriserunt, sed eorum nepotes, ubi, quae commemoravimus, acciderunt, rerum humanarum naturam edocti, dictum illud sapientis fuisse viri confessi sunt.

Caeterum extincta est hodie memoria, ac nomen Vandalorum illorum interiit, qui in patria restiterunt. Scilicet cum pauci essent, vel a conterminis Barbaris exterminatos crediderim, vel sponte ipsis permistos nomen amisisse. Nec tamen fusis a Belisario Vandalis revisere patriam consilium fuit. Haud enim repente in Europam ex Africa migrare, maxime cum navigia deessent, licebat: verum ibi poenas dedere facinorum omnium, quae in Romanos ac praecipue in Zacynthios perpetraverant. Nam aliquando Gizericus conversa in Peloponesum vi, cum Taenarum

πoννήσῳ χωρίοις, Ταινάρῳ προσβαλεῖν ἐνεχείρησεν. ἐνθένδε τε κατὰ τάχος ἀποκρουσθεὶς καὶ πολλοὺς τῶν οἱ ἑπομένων ἀποβαλὼν ἀνεχώρησεν οὐδενὶ κόσμῳ. διὸ δὴ τῷ θυμῷ ἔτι ἐχόμενος Ζακύνθῳ προσέσχε, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν ἐν ποσὶ κτείνας, τῶν δὲ δοκίμων ἐς πεντακοσίους ἀνδραποδίσας δι᾽ ὀλίγου ἀπέπλευσεν. ἐπειδή τε γέγονεν ἐν μέσῳ τῷ Ἀδριατικῷ καλουμένῳ πελάγει, ἐνταῦθα κρεουργήσας τῶν πεντακοσίων τὰ σώματα, πανταχῇ τῆς θαλάσσης οὐδὲν ὑπολογισάμενος ἔρριψεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐγένετο.

κγ΄. Γελίμερ δὲ τότε χρήματά τε πολλὰ Λιβύων τοῖς P 229
γεωργοῖς προϊέμενος καὶ φιλοφροσύνῃ ἐς αὐτοὺς χρώμενος ἐπαγαγέσθαι πολλοὺς ἴσχυσεν. οὓς δὴ ἐκέλευε Ῥωμαίων τοὺς ἐς τὰ χωρία περιιόντας κτείνειν, χρυσίον τακτὸν ἐπὶ φόνῳ ἑκάστῳ τῷ ἀπολοῦντι ἐπικηρύξας. οἱ δὲ πολλοὺς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἔκτεινον, οὐ στρατιώτας μέντοι, ἀλλὰ δούλους τε καὶ ὑπηρέτας, οἳ δὴ χρημάτων ἐπιθυμίᾳ ἐς τὰς κώμας ἀναβαίνοντες λάθρα ἡλίσκοντο. καὶ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς οἱ γεωργοὶ παρὰ Γελίμερα φέ- H 119
ροντες αὐτοὶ μὲν ἔμμισθοι γενόμενοι ἀπηλλάσσοντο, ὁ δὲ στρατιώτας ἀνῃρηκέναι πολεμίους ὑπώπτευεν.

Ἐνταῦθα τοῦ χρόνου Διογένης, ὁ Βελισαρίου δορυφόρος, B
ἔργα ἐπεδείξατο ἀρετῆς ἄξια. σταλεὶς γὰρ λάθρα, ἅμα τῶν ὑπασπιστῶν δύο καὶ εἴκοσιν, ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν ἐναντίων, ἐγένετο ἐν χωρίῳ δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ Καρχηδόνος διέχοντι. τούτους δὲ τοὺς ἄνδρας (οὐ γὰρ οἷοί τε ἦσαν οἱ τοῦ χωρίου γεωργοὶ κτεί-

23. δυοῖν] δυεῖν P.

tentasset, confestim repulsus, non sine gravi suorum clade, turpiter incompositeque abscessit. Hinc ira fervens ad Zacynthum appulit: caesis obviis quamplurimis, redactisque in servitutem optimatibus quingentis, extemplo vela fecit. In medium provectus Adriam, captivos illos in frusta concisos caeca crudelitate sparsit in fluctus. Sed haec ad superiora tempora pertinent.

23. Iam vero Gelimer, cum et largitione et comitate bonam partem Afrorum agrestium sibi devinxisset, ut Romanos per arva vagos occiderent, proposita pro singulis caedibus certa auri summa, induxit. Atque illi multos e Rom. exercitu obtruncabant, non utique milites, sed servos ac ministros: qui ad vicos amore praedae pertracti, in occulto capiebantur. Rusticani allatis eorum capitibus ad Gelimerem, redibant, mercede aucti, cum ille milites hostilis exercitus interemptos putaret.

Id temporis Diogenes armiger Belisarii generosum facinus edidit. Submissus enim cum scutatis XXII. ad explorandum hostem, in vico substitit, bidui Carthagine dissito. Eos cum occidere vicani non possent,

νειν) ἀγγέλλουσι τῷ Γελίμερι ἐνταῦθα εἶναι. καὶ ὃς τριακοσίους
ἀπολεξάμενος Βανδίλων ἱππέας ἐπ' αὐτοὺς ἔστελλε, ζῶντας ἅπαν-
τας ἐπιστείλας παρ' αὐτὸν ἀγαγεῖν. λόγου γὰρ πολλοῦ ἄξιόν οἱ
ἔδοξεν εἶναι Βελισαρίου δορυφόρον ξὺν ὑπασπισταῖς δύο καὶ εἴκοσι
C δοριαλώτους ποιήσασθαι. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ Διογένην ἐς οἰκίαν
ἐσεληλυθότες τινὰ ἐκάθευδον ἐν τῷ ὑπερῴῳ, πολέμιον οὐδὲν ἐν
νῷ ἔχοντες, οἵ γε μακρὰν ἀπεῖναι τοὺς ἐναντίους ἐπύθοντο. οἱ
δὲ Βανδίλοι ὄρθρου βαθέος ἐνταῦθα ἐλθόντες διαφθεῖραι μὲν
τὰς ἐκείνῃ θύρας καὶ ἐς τὴν οἰκίαν εἰσελθεῖν νύκτωρ ἀξύμφορον
σφίσιν ᾤοντο εἶναι, δείσαντες μὴ ἐς νυκτομαχίαν ἐμπεπτωκότες
αὐτοὶ μὲν σφᾶς αὐτοὺς διαφθείρωσιν, ἔξοδον δὲ τοῖς πολεμίοις
ἐν σκότῳ, ἂν οὕτω τύχοι, παρέξωσιν. ἔπρασσον δὲ ταῦτα τῆς
δειλίας αὐτοῖς ἐκπλησσούσης τὸν νοῦν, παρὸν σφίσιν οὐδενὶ πόνῳ
D φέρουσί τε πυρὰ καὶ τούτων χωρὶς οὐχ ὅσον ἀνόπλους, ἀλλὰ καὶ
γυμνοὺς παντάπασι τοὺς πολεμίους ἐπὶ τῶν στρωμάτων λαβεῖν.
νυνὶ δὲ ἀμφὶ τὴν οἰκίαν ἅπασαν κύκλῳ καὶ διαφερόντως τὰς θύ-
ρας φάλαγγα ποιησάμενοι ἔστησαν ἅπαντες. ἐν τούτῳ δὲ τῶν
Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἑνὶ ἐξ ὕπνου ἀναστῆναι ξυνέβη, ὅσπερ τοῦ
θορύβου αἰσθόμενος, ὃν δὴ οἱ Βανδίλοι φθεγγόμενοί τε ἐν σφί-
σιν αὐτοῖς λάθρα ἐποίουν καὶ ξὺν τοῖς ὅπλοις κινούμενοι, ξυμβα-
λεῖν τὸ ποιούμενον ἴσχυσε, καὶ τῶν ἑταίρων ἀνεγείρας σιωπῇ
ἕκαστον τὰ πρασσόμενα φράζει. οἱ δὲ Διογένους γνώμῃ τά
V 381 τε ἱμάτια ἐνδιδύσκονται ἡσυχῇ ἅπαντες καὶ τὰ ὅπλα ἀνελόμενοι
κάτω ἐχώρουν. οὗ δὴ τοῖς ἵπποις τοὺς χαλινοὺς ἐπιθέμενοι ἀνα-

9. καὶ Grotius. Vulgo ἢ.

Gelimeri nuntiant apud se esse. Is protinus delectos equites ccc. Vandalos eo destinat, vivos ad se omnes adduci iubens. Enimvero operae pretium esse ducebat, si armigerum Belisarii cum scutiferis XXII. captivos haberet. Ergo Diogenes, et qui ipsum sequebantur, domum quamdam ingressi, in superiori parte quieti se tradiderunt, nihil ab hostibus, quos abesse procul audiverant, metuentes. Huc Vandali summo mane cum advenissent, e re sua non esse senserunt fores perfringere, atque in aedes irrumpere ante lucem, veriti ne nocturno misti certamine, se ipsi invicem caederent, ac forte effugium hosti darent in tenebris. Haec ipsis dictabat timor, sic mentem et consilium auferens, ut cum possent, vel ferendo faces, vel sine illis, hostes non modo inermes, sed plane etiam nudos in stratis nullo negotio comprehendere, satis habuerint circa domum maximeque pro foribus disposita acie stare. Tunc somno experrectus Rom. militum quidam, audito strepitu, quem Vandali, mussantes inter se, et arma commoventes, ciebant, quid rei ageretur coniecit. Silentio mox excitatis sociis sigillatim rem indicat. Illi de sententia Diogenis tacite vestibus armisque indutis, descendunt, frenatis equis insiliunt, adverten-

θρώσκουσιν ἐπ' αὐτούς, οὐδενὶ αἴσθησιν παρεχόμενοι. παρά τε P 230 τὴν αὔλειον χρόνον τινὰ στάντες ἀνακλίνουσι μὲν ἐξαπιναίως τὰς ταύτῃ θύρας, ἐξίασι δὲ εὐθὺς ἅπαντες. οἱ μὲν οὖν Βανδίλοι ἔργου ἤδη ἐπ' αὐτοὺς εἴχοντο. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ταῖς τε ἀσπίσι φραξάμενοι καὶ τοῖς δορατίοις ἀμυνόμενοι τοὺς ἐπιόντας σπουδῇ ἤλαυνον. οὕτω τε ὁ Διογένης τοὺς πολεμίους διέφυγε, δύο μὲν τῶν ἑπομένων ἀποβαλών, τοὺς δὲ λοιποὺς σώσας. πληγὰς μέντοι ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ καὶ αὐτὸς ἔλαβεν ἐς μὲν τὸν αὐχένα καὶ τὸ πρόσωπον τρεῖς, ἀφ' ὧν δὴ παρ' ὀλίγον ἀποθανεῖν ἦλθε, κατὰ δὲ χειρὸς τῆς λαιᾶς μίαν, ἐξ ἧς οὐκέτι τῶν δακτύλων τὸν σμικρότατον ἐνεργεῖν ἴσχυσε. ταῦτα μὲν οὖν ὧδε γενέσθαι ξυνέβη.

Βελισάριος δὲ τοῖς τε περὶ τὴν οἰκοδομίαν τεχνίταις καὶ τῷ B ἄλλῳ ὁμίλῳ χρήματα μεγάλα προτεινόμενος τάφρον τε λόγου πολλοῦ ἀξίαν ἀμφὶ τὸν περίβολον ὤρυξε κύκλῳ, καὶ σκόλοπας αὐτῇ ἐνθέμενος συχνοὺς εὖ μάλα περιεσταύρωσε. καὶ μὴν καὶ τὰ πεπονθότα τοῦ τείχους ἐν βραχεῖ ἀνῳκοδομήσατο χρόνῳ, θαύματος ἄξιον οὐ Καρχηδονίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Γελίμερι γεγονὸς ὕστερον. ἐπειδὴ γὰρ δοριάλωτος ἐς Καρχηδόνα ἧκεν, ἠγάσθη τε ἰδὼν τὸ τεῖχος καὶ τὴν ὀλιγωρίαν τὴν αὐτοῦ πάντων οἱ ἔφη τῶν παρόντων γεγονέναι αἰτίαν. ταῦτα μὲν Βελισαρίῳ ἐν Καρχηδόνι ὄντι κατείργαστο ὧδε.

κδ'. Τζάζων δέ, ὁ τοῦ Γελίμερος ἀδελφός, τῷ στόλῳ ᾧ C ἔμπροσθεν εἴρηται ἐς Σαρδὼ ἀφικόμενος ἐς τὸν Καρνάλεως λιμένα

6. ὁ om. L. 18. δοριάλωτος] δορυάλωτος P. 21. ὄντι] ἰόντι H. 23. Καρνάλεως] Caralis RV hic et p. 232 d.

te nemine; cumque ad cortis ianuam aliquandiu constitissent, passis repente valvis omnes erumpunt. Tum cooriri in pugnam Vandali, dum Romani protecti clypeis, atque hastis vim propulsantes, contentissime citatis equis vehuntur. Sic demum Diogenes medio ex hoste se ac suos, praeterquam binos, recepit, vulnera ex eo conflictu referens in collo quidem ac vultu tria, quibus prope factum est ut interiret, in manu vero sinistra unum, quo minimi usum digiti perdidit. Haec ita gesta.

At Belisarius fabris caeterisque operis luculentas mercedes tribuens egregie muris fossam circundedit, eamque cancellato vallo optime cinxit. Sed et ubi ruinam murus dederat aut minabatur, eum brevi tempore instauravit. Quod opus non Carthaginiensibus modo, sed ipsi quoque Gelimeri mirabile postea visum est. Cum enim captus Carthaginem venit, muros videns obstupuit, et causam omnium, quae tunc acciderant, in suam negligentiam contulit. Haec Carthagine Belisarius.

24. Tzazo autem Gelimeris frater appulsa in Sardiniam classe, de qua dictum est supra, factaque in portu Calaritano exscensione, urbem

ἀπέβη, καὶ τήν τε πόλιν αὐτοβοεὶ εἷλε τόν τε τύραννον Γώδαν
ἔκτεινε καὶ εἴ τι ἀμφ' αὐτὸν μάχιμον ἦν. καὶ ἐπεὶ ἐς γῆν τῆς
Λιβύης τὸν βασιλέως στόλον ἤκουσεν εἶναι, οὔπω τι πεπυσμένος
ὧν ταύτῃ ἐπέπρακτο, γράφει πρὸς Γελίμερα τάδε „Γώδαν ἀπο-
λωλέναι τὸν τύραννον, ὑπὸ ταῖς ἡμετέραις γεγονότα χερσὶ, καὶ
D τὴν νῆσον αὖθις ὑπὸ τῇ σῇ βασιλείᾳ εἶναι, ὦ Βανδίλων τε καὶ
Ἀλανῶν βασιλεῦ, ἴσθι καὶ τὴν ἐπινίκιον ἑορτὴν ἄγε. τῶν δὲ πο-
H 120 λεμίων, οἳ ἐτόλμησαν ἐς τὴν ἡμετέραν στρατεύεσθαι, ἔλπιζε τὴν
πεῖραν ἐς τοῦτο ἀφίξεσθαι τύχης, ἐς ὃ καὶ πρότερον τοῖς ἐπὶ τοὺς
προγόνους τοὺς ἡμετέρους στρατευσαμένοις ἐχώρησε." ταῦτα
οἱ λαβόντες τὰ γράμματα, οὐδὲν πολέμιον ἐν νῷ ἔχοντες, κατέ-
πλευσαν ἐς τὸν τῶν Καρχηδονίων λιμένα. καὶ πρὸς τῶν φυλά-
κων παρὰ τὸν στρατηγὸν ἀπαχθέντες τά τε γράμματα ἐνεχείρισαν
P 231 καὶ περὶ ὧν τὰς πύστεις ἐποιεῖτο ἐσήγγελλον, οἷς τε ἐθεῶντο κα-
ταπεπληγμένοι καὶ τεθηπότες τῆς μεταβολῆς τὸ αἰφνίδιον, ἔπα-
θον μέντοι πρὸς Βελισαρίου οὐδὲν ἄχαρι.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ ἕτερον ξυνηνέχθη τοιόνδε. Γελίμερ ὀλίγῳ πρότερον ἢ ἐς Λιβύην ὁ βασιλέως στόλος ἀφίκετο ἔπεμψε πρέσβεις ἐς Ἱσπανίαν ἄλλους τε καὶ Γοτθαῖον καὶ Φουσκίαν, ἐφ' ᾧ δὴ Θεῦδιν, τὸν τῶν Οὐισιγότθων ἄρχοντα, πείσουσιν ὁμαιχμίαν πρὸς Βανδίλους θέσθαι. οἳ, ἐπεὶ ἀπέβησαν ἐς τὴν ἤπειρον, τὸν ἐν Γαδείροις πορθμὸν διαβάντες, εὑρίσκουσι

8. στρατεύεσθαι] στρατεύσεσθαι HL: illud Hm. 13. ἐνεχείρισαν] ἐνεχείρησαν HL: ἐνεχείρισαν Hoeschelius in annotatione. 14. πύστεις APm. πίστεις P. ibid. ἐσήγγελλον] ἐσήγγελον L.

primo aditu cepit, et Godam tyrannum eiusque milites e medio sustulit. Simul renuntiatum est Augusti classem in Africam advenisse; rerum ibi gestarum adhuc inscius, haec Gelimeri scripsit. *Godam tyrannum in potestatem nostram redactum interiisse, et in ditionem tuam, Vandalorum Alanorumque Rex, insulam rediisse pro certo habe, et festo die victoriam celebra. Quod ad hostes attinet, qui in oras nostras portare bellum ausi sunt, spera fore, ut eandem fortunam experiantur, qua quondam usi sunt, qui in maiores nostros expeditionem susceperant.* Qui has literas deferebant, nihil hostile suspicantes, ad Carthaginis portum applicuerunt: inde a custodibus ad Magistrum militum ducti, traditis literis, quae ille interposita fide percontatus est, enuntiarunt, oblata sibi nova rerum imagine perculsi, ac repentinam conversionem stupentes. Caeterum nihil in eos acerbe statuit Belisarius.

Sub idem tempus res eiusmodi contigit. Paulo ante adventum Caesareae classis in Africam, Gotthaeum et Phusciam cum aliis legatos Gelimer in Hispaniam miserat, ut Theudin Visigotthorum Regem ad ineundam cum Vandalis societatem pellicerent. Illi transmisso freto Gaditano,

Θεῦδιν ἐν χωρίῳ μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης κειμένῳ. ἀναβάντας δὲ
παρ' αὐτὸν τοὺς πρέσβεις ὁ Θεῦδις φιλοφροσύνης τε ἠξίωσε καὶ B
προθύμως εἱστία, ἔν τε τῇ θοίνῃ ἐπυνθάνετο δῆθεν ὅπη ποτὲ
Γελίμερί τε καὶ Βανδίλοις τὰ πράγματα ἔχοι. τούτων δὲ τῶν
πρέσβεων σχολαίτερον ἐς αὐτὸν ἰόντων ἔτυχεν ἀκηκοὼς ἅπαντα,
ὅσα Βανδίλοις ξυνέπεσεν. ὁλκὰς γὰρ μία ἐπ' ἐμπορίᾳ πλέουσα
ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ᾗ τὸ στράτευμα ἐς Καρχηδόνα ἐσήλασεν, ἐν-
θένδε ἀναγομένη καὶ πνεύματος ἐπιφόρου ἐπιτυχοῦσα, ἐς Ἱσπα-
νίαν ἦλθεν. ὅθεν δὴ ὁ Θεῦδις μαθὼν ὅσα ἐν Λιβύῃ ξυνηνέχθη V 382
γενέσθαι ἀπεῖπε τοῖς ἐμπόροις μηδενὶ φράζειν, ὡς μὴ πάντα ἔκ-
πυστα ἐς τὸ πᾶν γένηται. ἐπεὶ δὲ ἀπεκρίναντο οἱ ἀμφὶ τὸν Γοτ- C
θαῖον ἅπαντα σφίσιν ὡς ἄριστα ἔχειν, ἠρώτα ὅτου ποτὲ ἕνεκα
ἥκοιεν. τῶν δὲ τὴν ὁμαιχμίαν προτεινομένων ἐκέλευεν αὐτοὺς ὁ
Θεῦδις ἐς τὴν παραλίαν ἰέναι· ἐνθένδε γάρ, ἔφη, τὰ οἴκοι πρά-
γματα ἀσφαλῶς εἴσεσθε. οἱ δὲ πρέσβεις οὐχ ὑγιᾶ τὸν λόγον,
ἅτε οἰνωμένου ἀνθρώπου, εἶναι ὑποτοπήσαντες, ἐν σιωπῇ ἔσχον.
ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τῇ ὑστεραίᾳ ξυγγενόμενοι τὴν ξυμμαχίαν ἐν λόγῳ
ἐποιοῦντο, καὶ ῥήματι αὖθις τῷ αὐτῷ ὁ Θεῦδις ἐχρῆτο, οὕτω
δὴ ξυνέντες νεώτερα σφίσιν ἐν Λιβύῃ ξυμπεσεῖν πράγματα, οὐ-
δὲν μέντοι ἀμφὶ Καρχηδόνι ἐν νῷ ἔχοντες, ἐς αὐτὴν ἔπλεον. ἀγ- D
χοῦ τε αὐτῆς καταπλεύσαντες καὶ Ῥωμαίοις στρατιώταις περιτυ-
χόντες ἐνεχείρισαν σφᾶς αὐτοὺς ὅ τι βούλοιντο χρῆσθαι. ὅθεν

1. ἀναβάντας Grotius. Vulgo ἀναβάντες. 10. μηδενὶ AL. μηδὲν P. 22. ἐνεχείρισαν] Vulgo ἐνεχείρησαν.

factaque in continentem exscensione, Theudin mari procul degentem adeunt. Ad se Theudis introductos comiter accepit, epulisque lautis adhibuit: inter quas rogavit, quo res loco essent Gelimeris ac Vandalorum, haud earum ignarus, quippe quarum nuntius legatis ad ipsum lente se conferentibus praecucurrerat. Nam quo die Carthaginem intrarat exercitus, eodem navis oneraria inde solverat, ac vento secundo usa pervenerat in Hispaniam. Hinc Theudis res Africanas cum didicisset, ne in vulgus emanarent, silentium mercatoribus iniunxerat. Ubi vero Gotthaeus res suas perbelle stare respondit, quaesivit Theudis legationis causam. Illis autem se ad armorum societatem iungendam missos referentibus, *Ite,* inquit, *ad oram maritimam: ibi certo res domesticas cognoscetis.* Rati oratores vocem hanc esse hominis, qui mero calens aliena loqueretur, tacite dissimularunt. Postridie repetito congressu ac sermone de sociali foedere, cum idem a Theudi responsum tulissent, sibi in Africa turbatum esse aliquid intellexere: omnia tamen salva Carthagini arbitrantes, eo navigarunt. Prope urbem appulsi, in Romanos milites incidunt, ac se permittunt eorum arbitrio: inde ad Magistrum militum adducti, serie legationis exposita, innoxii dimittuntur. Atque haec quidem sic se habue-

ἐς τὸν στρατηγὸν ἀπαχθέντες καὶ τὸν πάντα λόγον ἀγγείλαντες ἔπαθον οὐδὲν πρὸς ἐκείνου κακόν. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω γενέσθαι τετύχηκε. Κύριλλος δὲ, Σαρδοῦς τε ἀγχοῦ γενόμενος καὶ τὰ τῷ Γώδᾳ ξυμπεσόντα ἀκούσας, ἐς Καρχηδόνα ἔπλει, ἔνθα τό τε Ῥωμαίων στράτευμα καὶ Βελισάριον εὑρὼν νενικηκότας ἡσύχαζε· καὶ Σολόμων παρὰ βασιλέα, ὅπως ἀγγείλῃ τὰ πεπραγμένα, ἐστέλλετο.

P 232 V 383 κε΄. Γελίμερ δὲ ἐπεὶ ἐν πεδίῳ Βούλλης ἐγεγόνει, ὅπερ εὐζώνῳ ἀνδρὶ τεσσάρων ἡμερῶν ὁδῷ Καρχηδόνος διέχει, οὐ πολλῷ ἄποθεν τῶν Νουμιδίας ὁρίων, ἐνταῦθα Βανδίλους τε ξύμπαντας ἤγειρε καὶ εἴ τί οἱ φίλιον ἐν Μαυρουσίοις ἐτύγχανεν ὄν. ὀλίγοι μέντοι Μαυρούσιοι αὐτῷ ἀφίκοντο ἐς ξυμμαχίαν, καὶ οὗτοι παντάπασιν ἄναρχοι. ὅσοι γὰρ ἔν τε Μαυριτανίᾳ καὶ Νουμιδίᾳ καὶ Βυζακίῳ Μαυρουσίων ἦρχον, πρέσβεις ὡς Βελισάριον πέμψαντες B δοῦλοί τε βασιλέως ἔφασκον εἶναι καὶ ξυμμαχήσειν ὑπέσχοντο. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τοὺς παῖδας ἐν ὁμήρων παρείχοντο λόγῳ, τά τε ξύμβολα σφίσι παρ' αὐτοῦ στέλλεσθαι τῆς ἀρχῆς κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐδέοντο. νόμος γὰρ ἦν Μαυρουσίων ἄρχειν μηδένα, κἂν Ῥωμαίοις πολέμιος ᾖ, πρὶν ἂν αὐτῷ τὰ γνωρίσματα τῆς ἀρχῆς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς δοίη. ἅπερ ἤδη πρὸς Βανδίλων λαβόντες οὐκ ᾤοντο τὴν ἀρχὴν ἐν βεβαίῳ ἔχειν. ἔστι δὲ τὰ ξύμβολα ταῦτα ῥάβδος τε ἀργυρᾶ κατακεχρυσωμένη καὶ πῖλος ἀργυ- C ροῦς οὐχ ὅλην τὴν κεφαλὴν σκέπων, ἀλλ' ὥσπερ στεφάνη τελα-

8. βούλλης ALHm, quod ex Reg. affert Maltretus. Vulgo βούλης. Conf. p. 223 a. 233 b. 10. ἄποθεν L. ἄποθε P. 12. αὐτῷ addidi ex AL. 20. ἅπερ] ὅπερ H.

runt. Cyrillus vero proxime Sardiniam vectus, simul de Godae casu cognovit, cursum Carthaginem versus intendit: ubi Belisarium cum exercitu Romano victorem nactus, quievit. Salomon rerum gestarum nuntius ad Imperatorem destinatus est.

25. Haud procul a Numidiae finibus, in planitie Bullae, quo ab urbe Carthagine quatridui iter est expedito, Vandalos omnes Gelimer et Mauros, quoscunque amicitia comprehenderat, coëgit. Hi sane perpauci erant ac sine principe. Nam quotquot in Mauritania, Numidia, Byzacio Mauris imperabant, Belisarium per legatos de suo in Augustum obsequio fecerant certiorem, sociaque arma promiserant. Quidam liberos obsides dederant, et principatus insignia petierant, more antiquo. Haec enim vetus erat consuetudo, ut nemo, quamvis Romanorum hostis, pro Maurorum Rege se ante gereret, quam ab Imperatore Rom. insignia regia accepisset: quibus donati solum a Vandalis, male fundatam regni possessionem putabant. Ea porro insignia sunt huiusmodi. Virga argentea, auro oblita: argenteus item pileus, qui non totum caput obtegit, sed coronae

*μῶσιν ἀργυροῖς πανταχόθεν ἀνεχόμενος, καὶ τριβώνιόν τι λευκὸν,
ἐς χρυσῆν περόνην κατὰ τὸν δεξιὸν ὦμον ἐν χλαμύδος σχήματι
Θετταλῆς ξυνιὸν, χιτών τε λευκὸς, ποικίλματα ἔχων, καὶ ἀρ-
βύλη ἐπίχρυσος. Βελισάριος δὲ ταῦτά τε αὐτοῖς ἔπεμψε καὶ
χρήμασι πολλοῖς αὐτῶν ἕκαστον ἐδωρήσατο. οὐ μέντοι αὐτῷ ἐς
ξυμμαχίαν ἀφίκοντο, οὐ μὴν οὐδὲ Βανδίλοις ἐπαμύνειν ἐτόλμη-* H 121
*σαν, ἀλλ' ἐκποδὼν ἀμφοτέροις στάντες ἐκαραδόκουν ὅπη ποτὲ ἡ
τοῦ πολέμου τύχη ἐκβήσεται. ὧδε μὲν Ῥωμαίοις τὰ πράγματα
εἶχε.*

Γελίμερ δὲ τῶν τινα Βανδίλων ἐς Σαρδὼ ἔπεμψεν, ἐπιστο- D
*λὴν πρὸς Τζάζωνα τὸν ἀδελφὸν ἔχοντα. ὃς ἐς τὴν παραλίαν
κατὰ τάχος ἐλθὼν ὁλκάδος τε ἀναγομένης ἐπιτυχὼν, ἐς Καρνά-
λεως τὸν λιμένα κατέπλευσε καὶ Τζάζωνι τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείρι-
σεν. ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε ,,Οὐκ ἦν, οἶμαι, Γώδας ὁ τὴν
νῆσον ἡμῶν ἀποστήσας, ἀλλά τις ἄτη ἐξ οὐρανοῦ ἐς Βανδίλους
ἐπιπεσοῦσα. σέ τε γὰρ ἐξ ἡμῶν καὶ Βανδίλων τοὺς δοκίμους
ἀφελομένη ἅπαντας συλλήβδην ἐκ τοῦ Γιζερίχου οἴκου τἀγαθὰ
ἥρπασεν. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ ἀνασώσασθαι τὴν νῆσον ἡμῖν ἐνθένδε* P 233
*ἀπῆρας, ἀλλ' ὅπως Λιβύης Ἰουστινιανὸς κύριος ἔσται. τὰ γὰρ
τῇ τύχῃ δόξαντα πρότερον πάρεστι τανῦν ἐκ τῶν ἀποβάντων εἰ-
δέναι. Βελισάριος μὲν οὖν στρατῷ ὀλίγῳ ἐφ' ἡμᾶς ἧκει· ἡ δὲ
ἀρετὴ ἐκ Βανδίλων ἀπιοῦσα εὐθὺς ᾤχετο, μεθ' ἑαυτῆς λαβοῦσα
τὴν ἀγαθὴν τύχην. Ἀμμάτας μὲν γὰρ καὶ Γιβαμοῦνδος πεπτώ-
κασι, μαλθακιζομένων Βανδίλων, ἵπποι δὲ καὶ νεώρια καὶ ξύμ-*

instar eminet, argenteis circundatus vittis: alba insuper lacerna, quam ad humerum dextrum aurea fibula colligit, morsuque nectit, in modum Thessalicae chlamydis. Accedit alba itidem tunica, figuris variata: denique illusum auro calceamentum. Haec ad unumquemque Belisarius misit, adiectis pecuniae donis amplissimis. Nec tamen arma ei iunxerunt: sicuti nec Vandalis ausi sunt suppetias ferre: verum sese integros servantes, belli exitum intentis animis expectabant. Hoc erat loco Romana res.

Quidam autem Vandalus a Gelimere cum literis ad Tzazonem ipsius fratrem in Sardiniam ire iussus, simul ut cursu contigit oram maris, navem proficiscentem invenit: qua delatus in portum Calaritanum, Tzazoni epistolam reddidit, in haec fere verba conscriptam. *Non Godas, meo quidem iudicio, insulam a ditione nostra abiunxerat, sed vis quaedam malefica, coelitus in Vandalos ingruens: quae cum te floremque Vandalorum nobis eripuit, omnibus simul bonis Gizerici domum exhausit. Neque enim hinc solvisti, ut per te insulam recuperaremus, sed ut Iustinianus Africa potiretur. Enimvero quodnam fuerit fortunae consilium, quae nobis iam acciderunt, demonstrant. Modicas quidem copias adversum nos Belisarius duxit: verum a Vandalis abscessit repente virtus, secum felicitatem abducens. Nam per Vandalorum ignaviam Ammatas ac Gibamundus occu-*

πᾶσα Λιβύη καὶ οὐχ ἥκιστα αὐτὴ Καρχηδὼν, ἔχονται ἤδη ὑπὸ τῶν πολεμίων. οἱ δὲ κάθηνται, τὸ μὴ ἐν τοῖς πόνοις ἀνδραγα- B θίζεσθαι παίδων τε καὶ γυναικῶν ἀνταλλαξάμενοι καὶ πάντων χρημάτων, ἡμῖν τε ἀπολέλειπται μόνον τὸ Βούλλης πεδίον, οὗπερ ἡμᾶς ἡ εἰς ὑμᾶς ἐλπὶς καθίσασα εἴργει. ἀλλὰ σὺ τυραννίδα τε καὶ Σαρδὼ καὶ τὰς περὶ ταῦτα φροντίδας ἐάσας ὅτι τάχιστα παντὶ τῷ στόλῳ ἐς ἡμᾶς ἧκε. οἷς γὰρ ὑπὲρ τῶν κεφαλαίων ὁ κίνδυνος, τἄλλα ἀκριβολογεῖσθαι ἀξύμφορον. κοινῇ δὲ τὸ λοιπὸν ἀγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς πολεμίους ἢ τύχην τὴν προτέραν ἀνασωσόμεθα, ἢ κερδανοῦμεν τὸ μὴ ἀλλήλων χωρὶς τὰ ἐκ τοῦ δαιμονίου ἐνεγκεῖν δύσκολα.

V 384 Ταῦτα ἐπεὶ Τζάζων τε εἶδεν ἀπενεχθέντα καὶ ἐς τοὺς Βαν- C δίλους ἐξήνεγκεν, ἔς τε οἰμωγὰς καὶ ὀλοφύρσεις ἐτράποντο, οὐ μέντοι ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα ἐγκρυφιάζοντές τε καὶ τοὺς νησιώτας λανθάνοντες, σιωπῇ ἐφ' ἑαυτῶν τὰ παρόντα σφίσιν ὠδύροντο. καὶ αὐτίκα μὲν τὰ ἐν ποσὶ, ὥς πη ἔτυχε, διαθέμενοι τὰς ναῦς ἐπλήρουν. ἄραντες δὲ παντὶ τῷ στόλῳ τριταῖοι κατέπλευσαν ἐς τὴν Λιβύης ἀκτὴν, ἣ Νουμίδας τε καὶ Μαυριτανοὺς διορίζει. καὶ πεζῇ βαδίζοντες ἀφικνοῦνται ἐς τὸ Βούλλης πεδίον, οὗ δὴ ἀνεμίγνυντο τῷ ἄλλῳ στρατῷ. ἐνταῦθα συχνὰ ἐλέου πολλοῦ ἄξια Βανδίλοις ξυνέβη, ἅπερ ἔγωγε οὐκ ἂν ἔτι φράσαι ἱκανῶς ἔχοιμι. οἶμαι γὰρ εἰ καὶ αὐτῶν πολεμίων ἀνδρὶ

2. τὸ μὴ] τῷ μὴ HL. 6. σαρδὼ L. Σαρδῶ P. 20. ἀνεμίγνυντο] ἐνεμίγνυντο L. 21. πολλοῦ Pm. πολλὰ P.

buerunt: equos, navalia, omnem demum Africam cum ipsa Carthagine iam hostis habet. Illi interea torpent, quamvis haec ipsis desidia magno constet, nempe liberorum et coniugum libertate fortunisque omnibus. Nobis nihil est reliqui, praeter campum Bullanum: ubi spe tenemur, quam in vobis posuimus. Quin age, abolendae tyrannidis, ac recipiendae Sardiniae cura omni abiecta, huc universa cum classe advola: nam ubi rerum summa in periculum venit, multum nocet, si in iis, quae ad illam non pertinent, diligentia consumatur. Caeterum collatis in unum viribus cum hoste deinceps dimicando, vel in pristinum statum redibimus, vel id consequemur, ut adversam fortunam communiter feramus.

rent, gravissimo iureiurando se a Ioanne devinctos, nullam ex eo poenam, quippe lapso per imprudentiam, sumptum iri.

Quo factum est, ut eo die Gelimer hostes evaserit. Illum deinceps insequens Belisarius, cum Hipponem Regium, urbem Numidiae maritimam, munitam, ac dierum iter decem Carthagine dissitam pervenisset, cognovit non posse a Romanis capi Gelimerem, occupato iam monte Pappua: qui in finibus Numidiae situs, verticem admodum praeruptum et inaccessum habet, arduis eminentibus undique scopulis. Eum Mauri Barbari incolunt, quibuscum Gelimer amicitia ac societate coniunctus erat. Montem extremum insidet Medenus, urbs antiqua; ubi Gelimer cum comitatu se continebat. At Belisarius, cum tentare montem nequiret, praesertim hieme, nec sine damno se abesse posse Carthagine existimaret, rebus adhuc pendentibus, montis obsidionem delectis militibus ac duci Pharae demandat. Gnavus erat vir Pharas, et quamvis Erulus, cordatus tamen ac virtute praestans. Rarum sane est, maximaque dignum commendatione, si quis Erulus nec perfidus, nec ebriosus, sed

*εὐκοσμίας ἀντείχετο, ἀλλὰ καὶ Ἐρούλων ὅσοι αὐτῷ εἵποντο. τοῦ-
τον δὴ τὸν Φάραν ἐς τὸν τοῦ ὄρους πρόποδα Βελισάριος καθῆ-
σθαι τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν ἐκέλευε καὶ φυλακὴν ἀκριβῆ ἔχειν,*
P 245 *ὡς μήτε τὸ ὄρος ἀπολιπεῖν Γελίμερι δυνατὰ εἴη μήτε τι τῶν ἀναγ-
καίων ἐς αὐτὸ ἐσκομίζεσθαι. καὶ Φάρας μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίει.
Βελισάριος δὲ Βανδίλους, ὅσοι ἐς τὸν Ἱππονερέγιον πρὸς τοῖς
ἱεροῖς ἱκέται ἐκάθηντο, πολλοί τε καὶ ἄριστοι, ἀνέστησέ τε πι-
στὰ λαβόντας καὶ ἐς Καρχηδόνα ξὺν φυλακῇ ἔπεμψεν. ἐνταῦθα
δὲ αὐτῷ καί τι τοιόνδε ξυμπεσεῖν ἔτυχεν.*
H 128 *Ἐν τῇ Γελίμερος οἰκίᾳ γραμματεὺς ἦν τις Βονιφάτιος Λί-
βυς, ἐκ Βυζακίου ὁρμώμενος, πιστὸς τῷ Γελίμερι ἐς τὰ μάλιστα.
τοῦτον δὴ τὸν Βονιφάτιον Γελίμερ κατ᾽ ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου
ἐς ναῦν ἐμβιβάσας ἄριστα πλέουσαν, ἐν ταύτῃ τε ἅπαντα τὸν*
B *βασιλικὸν πλοῦτον ἐνθέμενος, ἐκέλευεν ἐς τὸν τοῦ Ἱππονερεγίου*
V 392 *λιμένα ὁρμίζεσθαι, ἢν τὰ πράγματα σφίσιν οὐκ εὖ καθιστάμενα
ἴδοι, τά τε χρήματα ἔχοντα πλεῖν κατὰ τάχος ἐς Ἱσπανίαν, παρὰ
Θεῦδίν τε ἀφικέσθαι τὸν τῶν Οὐισιγότθων ἡγούμενον, ἔνθα δὴ
καὶ αὐτὸς διασώζεσθαι ἐκαραδόκει, πονηρᾶς γινομένης Βανδίλοις
τῆς τοῦ πολέμου τύχης. Βονιφάτιος δέ, ἕως μὲν τὰ Βανδίλων
ἐλπίδα εἶχεν, αὐτοῦ ἔμενεν· ἐπεὶ δὲ τάχιστα ἡ ἐν Τρικαμάρῳ
μάχη καὶ τὰ ἄλλα ἅπερ ἐρρήθη ἐγεγόνει, ἄρας τὰ ἱστία ἔπλει κα-*

2. *πρόποδα*] *πρόποδον* L. 6. *ἐς τὸν* H. *ἐς τὸ* L. Articulum om. P. *ibid.* *Ἱππονερέγιον*] *ἵππον ἐρέγιον* HL. *ἱππονεράγιον* A. *Ἱππῶνα ῥέγιον* P cum Hm. 8. *ξὺν* LHm. *σὺν* A et Maltretus. *ἐς* HP. *ibid.* *φυλακῇ* AL et Maltretus. *φυλακὴν* HP. *φυλακῶν* Hm, quod fraudi fuit Reiskio ad Constantin. Porphyrog. vol. 2. p. 776. 18. *πονηρᾶς*] *πονήρας* P. 21. *ἐρρήθη*] *ἐῤῥέθη* P.

virtutis sit compos. Neque haec moderationis laus uni Pharae propria fuit, verum omnibus communis Erulis, qui sub ipso merebant. Quamobrem huic Belisarius, uti ad montis radices stativa haberet hieme, ac diligenti provideret custodia, ne Gelimeri e monte effugium, neu commeatui ad illum aditus pateret, edixit. Nec defuit mandatis Pharas. Quotquot autem in Hipponis Regii templa confugerunt Vandali, qui plurimi certe et optimates erant, Belisarius, data fide, inde illos amovit, et Carthaginem custodiendos misit. Ibidem hoc ipsi evenit.

Erat in numero domesticorum Gelimeris Bonifacius scriba, natione Afer, ortu Byzacenus, quem Gelimer sibi fidissimum expertus, belli huius initio in navem expeditissimam cum omni regia gaza imposuerat, iusseratque Hipponem Regium appellere, ac si rem Vandalicam labare cerneret, iisdem cum opibus in Hispaniam cursum maturare, et Visigotthorum principem Theudin adire: quo et ipse evasurum se salvum sperabat, si belli fortuna Vandalis male cederet. Ibi quidem tamdiu substitit Bonifacius, quandiu spe aliqua res Vandalorum subnixae sunt; statim autem post Tricamarensem pugnam, et caetera, quae narravimus,

θάπερ οἱ ἐπέστελλε Γελίμερ. ἀλλὰ πνεύματος αὐτὸν ἐναντίωμα εἰς τὸν τοῦ Ἱππονερεγίου λιμένα οὔτι ἑκούσιον αὖθις ἤνεγκεν. ὡς δὲ τοὺς πολεμίους ἀγχοῦ ἤδη που ἡκηκόει εἶναι, τοὺς ναύτας C πολλὰ ὑποσχόμενος ἐλιπάρει ἔς ἄλλην τινὰ ἤπειρον ἢ νῆσον βιασαμένους ἰέναι. οἱ δὲ (οὐ γὰρ ἐδύναντο χειμῶνος σφίσι χαλεποῦ λίαν ἐπιπεσόντος καὶ τὸ τῆς θαλάσσης ῥόθιον, ἅτε ἐν Τυρρηνικῷ πελάγει, ἐς ὕψος μέγα ἐγείροντος) τότε δὴ αὐτοί τε καὶ Βονιφάτιος ἐς ἔννοιαν ἦλθον ὡς ἄρα ὁ θεὸς τὰ χρήματα Ῥωμαίοις διδόναι ἐθέλων τὴν ναῦν οὐκ ἐῴη ἀνάγεσθαι. μόλις μέντοι τοῦ λιμένος ἔξω γενόμενοι ξὺν κινδύνῳ μεγάλῳ τὴν ναῦν ἀνεκώχευον. ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς Ἱππονερέγιον Βελισάριος, πέμπει τινὰς παρ᾽ αὐτὸν Βονιφάτιος. οὓς δὴ ἐν ἱερῷ καθῆσθαι ἐκέλευεν, ἐροῦντας μὲν ὡς πρὸς Βονιφατίου σταλεῖεν τοῦ τὰ Γελί- D μερος χρήματα ἔχοντος, ἀποκρυψομένους δὲ ὅπῃ ποτὲ εἴη, πρίν γε δὴ τὰ πιστὰ λάβοιεν ὡς τὰ Γελίμερος χρήματα διδοὺς αὐτὸς ἀπαλλάξει κακῶν ἀπαθὴς, ἔχων ὅσα αὐτοῦ οἰκεῖα εἴη. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἔπρασσον, Βελισάριος δὲ ἥσθη τε τῇ ἀγγελίᾳ καὶ ὀμεῖσθαι οὐκ ἀπηξίου. στείλας τε τῶν ἐπιτηδείων τινὰς τόν τε Γελίμερος πλοῦτον ἔλαβε καὶ Βονιφάτιον ξὺν τοῖς χρήμασιν τοῖς αὐτοῦ ἀφῆκε, πάμπολύ τι χρῆμα τοῦ Γελίμερος συλήσαντα πλοῦτον.

ε΄. Ἐπεὶ δὲ ἐς Καρχηδόνα ἀνέστρεφε, Βανδίλους τε ἅπαν- P 246 τας ἐν παρασκευῇ ἐποιεῖτο, ὅπως ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ ἐς Βυζάν-

2. Ἱππονερεγίου] ἱππονεραγίου Hm. ἵππων ἐραγίου L. 7. ἐγείροντος] ἀγείροντος A. 19. ξὺν L. σὺν P.

ex praescripto Gelimeris vela fecit. At reflans ventus in portum Hipponis Regii invitum repulit: ubi de adventu hostium certior factus, a nautis precibus ac promissis contendit, ut obnixi contra, alius continentis insulaeve compotes fierent. Sed cum frustra essent, procella gravissima incumbente, ac maris fluctus, ut fert natura Tyrrhenici pelagi, in immensum tollente, ipsis et Bonifacio in mentem venit agnoscere consilium Dei, qui volens opes illas Romanis dare, navi cursum negaret. Aegre portu evecti, in anchoris magno cum periculo steterunt. Simul Hipponem Regium attigit Belisarius, ad eum quosdam Bonifacius destinavit, in templum iussos perfugere, et declarare, se a Bonifacio missos, Gelimeris gazam habente secum, ac celare ubinam esset, donec fidem accepissent, ipsum, traditis Gelimeris opibus, abiturum incolumem, retentis suis. Illis mandata curantibus, eo laetus nuntio Belisarius fidem iureiurando sancitam dedit, ac per nonnullos e familiaribus, quos ad id misit, Gelimeris accepit divitias: Bonifacium cum suis dimisit, magnam partem auri Gelimeris depeculatum.

5. Reversus Carthaginem Belisarius, Vandalos omnes paratos esse voluit ad proficiscendum primo vere Byzantium: tum copias huc atque

τιον πέμψειε, καὶ στράτευμα ἔστελλεν ἐφ' ᾧ ἀνασώσοιντο Ῥωμαίοις ἅπαντα, ὧν Βανδίλοι ἦρχον. Κύριλλον μὲν οὖν ξὺν πλήθει πολλῷ ἐς Σαρδὼ ἔπεμψε, τὴν Τζάζωνος κεφαλὴν ἔχοντα, ἐπεὶ οἱ νησιῶται οὗτοι ἥκιστα προσχωρεῖν Ῥωμαίοις ἐβούλοντο, δεδιότες τε τοὺς Βανδίλους καὶ οὐκ ἂν οἰόμενοι ἀληθῆ εἶναι ὅσα σφίσι ξυνενεχθῆναι ἐν Τρικαμάρῳ ἐλέγετο. τούτῳ δὲ τῷ Κυ-
B ρίλλῳ ἐπήγγελλε μοῖραν τοῦ στρατοῦ ἐς Κουρσικὴν πέμψαντα τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ τὴν νῆσον ἀνακτήσασθαι, Βανδίλων κατήκοον τὰ πρότερα οὖσαν, ἣ Κύρνος μὲν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐπεκαλεῖτο, οὐ πόρρω δὲ ἀπὸ Σαρδοῦς ἐστιν. ὁ δ' ἐς Σαρδὼ ἀφικόμενος τὴν Τζάζωνος κεφαλὴν τοῖς ταύτῃ ᾠκημένοις ἀπέδειξε καὶ ἄμφω τὼ νήσω τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ἀνεσώσατο. ἐς δὲ Καισάρειαν τὴν ἐν Μαυριτανοῖς Βελισάριος Ἰωάννην ξὺν λόχῳ πεζικῷ, οὗ δὴ αὐτὸς ἡγεῖτο, ἔπεμψεν, ἣ ὁδῷ μὲν
C ἡμερῶν τριάκοντα εὐζώνῳ ἀνδρὶ Καρχηδόνος διέχει, ἐς Γάδειρά τε καὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας ἰόντι· κεῖται δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ, μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος ἐκ παλαιοῦ οὖσα. Ἰωάννην δὲ ἄλλον, τῶν οἰκείων ὑπασπιστῶν ἕνα, ἐς τὸν ἐν Γαδείροις πορθμὸν καὶ τὴν ἑτέραν τῶν Ἡρακλέους στηλῶν ἔπεμψε, τὸ ἐκείνῃ φρούριον, ὃ Σέπτον καλοῦσι, καθέξοντα. ἐς δὲ τὰς νήσους, αἵπερ ἀγχοῦ
V 393 εἰσι τῆς ὠκεανοῦ ἐσβολῆς, Ἔβουσά τε καὶ Μαϊόρικα καὶ Μινόρικα

8. Τζάζωνος] τζαόζωνος HL: illud Hm. 8. νῆσον] νῆσσον L. 10. Σαρδὼ] σαρδῶ L. 11. Τζάζωνος] τζαόζωνος HL. 16. ἐπὶ θαλάσσῃ] ἐπιθαλάσσης L. 20. Σέπτον] ἑσέπτον H: illud Hm. 21. Μινόρικα] μινορία L.

illuc emisit, ut Romanis recuperarent, quaecunque Vandali obtinuerant. Ac Cyrillum quidem valida succinctum manu in Sardiniam destinavit, cum abscisso Tzazonis capite, propterea quod eius incolae Romanis dedere se recusabant, sibi metuentes a Vandalis, nec putantes vera esse, quae illis apud Tricamarum accidisse fama vulgaverat. Eidem Cyrillo iniunxit, uti partem exercitus in Corsicam mitteret, atque insulam ad Romanam ditionem a Vandalica revocaret. Ea quondam vocata Cyrnus, Sardiniae adiacet. Ille in Sardiniam delatus, Tzazonis caput ostendit incolis, et utramque insulam vectigalem, ut prius, Imperio Rom. facit. Ioannem cum cohorte peditum, quibus ipse praeerat, Caesaream Mauritaniae Belisarius misit. Abest urbs illa Carthagine spatio, quod diebus xxx. conficiat vir expeditus, qui Gades versus columnasque Herculeas iter intendat: maritima est, magna, ac iam inde olim civibus frequens. Ioannem alterum, e scutariis suis unum, ad fretum Gaditanum et columnam alteram Herculis iussit eo properare consilio, ut positum ibi castellum, quod Septum appellant, reciperet. Ad insulas vero, non procul a freto dissitas, quo Oceanus illabens excipitur, Ebusam aio, et quas vocant lingua vernacula Maioricam ac Minoricam, Apollinarium mi-

ἐπιχωρίως καλούμεναι, Ἀπολλινάριον ἔστελλεν, ὃς ἐξ Ἰταλίας
μὲν ὥρμητο, μειράκιον δὲ ὢν ἔτι ἐς Λιβύην ἀφῖκτο. καὶ πολ- D
λοῖς χρήμασι πρὸς Ἰλδερίχου τότε Βανδίλων ἡγουμένου δεδωρη-
μένος, ἐπειδὴ παρελέλυτο τῆς ἀρχῆς Ἰλδέριχος καὶ ἐν φυλακῇ,
ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, εἴχετο, ἐς Ἰουστινια-
νὸν βασιλέα ξὺν Λίβυσι τοῖς ἄλλοις, οἳ τὰ Ἰλδερίχου ἔπρασσον,
ἱκετεύσων ἦλθε. στρατεύσας τε ξὺν τῷ Ῥωμαίων στόλῳ ἐπὶ Γε-
λίμερα καὶ Βανδίλους, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τῷ πολέμῳ τῷδε καὶ
πάντων μάλιστα ἐν Τρικαμάρῳ ἐγένετο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἔρ- P 247
γου Βελισάριος τὰς νήσους οἱ τάσδε ἐπέτρεψε. μετὰ δὲ καὶ ἐς H 129
Τρίπολιν Πουδεντίῳ τε καὶ Ταττιμοὺθ πρὸς τῶν ἐκείνῃ Μαυ-
ρουσίων πιεζομένοις στράτευμα πέμψας τὴν Ῥωμαίων δύναμιν
ταύτῃ ἐπέρρωσε.

Στείλας δὲ καὶ ἐς Σικελίαν τινὰς, ἐφ' ᾧ τὸ ἐν Λιλυβαίῳ
φρούριον, ἅτε τῇ Βανδίλων ἀρχῇ προσῆκον, ἕξουσιν, ἀπεκρού-
σθη ἐνθένδε, Γότθων ἥκιστα ἀξιούντων Σικελίας τινὰ ξυγχω-
ρεῖν μοῖραν, ὡς οὐδὲν τὸ φρούριον τοῦτο Βανδίλοις προσῆκον.
ὁ δὲ, ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσε, πρὸς τοὺς ἄρχοντας, οἳ ταύτῃ ἦσαν,
ἔγραψε τάδε „Λιλύβαιον τὸ Βανδίλων φρούριον τῶν βασιλέως
δούλων ἀποστερεῖτε ἡμᾶς, οὐ δίκαια ποιοῦντες οὐδὲ ὑμῖν αὐτοῖς B
ξύμφορα, καὶ ἄρχοντι τῷ ὑμετέρῳ, οὔτε ἑκόντι καὶ μακρὰν ἀπο-
λελειμμένῳ τῶν πρασσομένων, ἐκπολεμῶσαι βούλεσθε [καὶ] βα-

1. Ἀπολλινάριον] Vulgo Ἀπολινάριον. *Apolliciarium* RV. 2. ἀφῖκτο] Vulgo ἀφίκετο. 5. ἔμπροσθεν L. ἔμπροσθε P. *ibid.* ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. *ibid.* Ἰουστινιανὸν] ἰουστινιανοῦ H.

sit, natione Italum: quem adolescentulum acceperat Africa, ac multa pecunia donaverat Ildericus, tunc temporis Rex Vandalorum. Ilderico autem a gubernaculis in carcerem deiecto, ut in superiore libro narravimus, ille cum Afris, rerum Ilderici administris, Iustinianum Aug. supplex adierat. Romanam deinde classem et susceptam in Gelimerem Vandalosque expeditionem sequutus, strenuum se virum praestitit in hoc bello, maximeque in pugna Tricamarensi. Quocirca Belisarius has insulas eius fidei credidit. Postea Tripolin exercitum misit, suppetias laturum Pudentio Tattimuthque, quos vicini Mauri urgebant, itaque Romanas opes illic firmavit.

Missis etiam in Siciliam, qui extructum in Lilybaeo castellum eo nomine occuparent, quod ditioni Vandalicae attributum fuisset, repulsam tulit, Siciliam omnem sibi mordicus asserentibus Gotthis, illudque castellum ad Vandalos pertinere inficiantibus. Quo ille audito, Praefectis illius orae in haec verba scripsit. *Nos Lilybaeo, Vandalorum, qui Imperatori iam serviunt, castello excluditis, per iniuriam, vobis ipsis obfuturam. Id enim agitis, ut cum rege vestro, quamvis invito, et ab iis,*

σιλέα τὸν μέγαν, οὗ τὴν εὔνοιαν πόνῳ πολλῷ κτησάμενος ἔχει. καίτοι πῶς οὐκ ἂν ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου ποιεῖν δόξαιτε, εἰ Γελίμερα μὲν ἔναγχος ἔχειν ξυνεχωρεῖτε τὸ φρούριον, βασιλέα δὲ τὸν τοῦ Γελίμερος κύριον ἀφαιρεῖσθαι τὰ τοῦ δούλου κτήματα ἔγνωτε; μὴ ὑμεῖς γε, ὦ βέλτιστοι· ἀλλ' ἐνθυμεῖσθε, ὡς φιλία μὲν αἰτίας πολλὰς καλύπτειν πέφυκεν, ἔχθρα δὲ οὐδὲ τῶν σμι- C κροτάτων ἀδικημάτων ἀνέχεται, ἀλλὰ διερευνᾶται μὲν ἅπαντα ἄνωθεν, οὐ περιορᾷ δὲ πλουτοῦντας τοῖς γε οὐδὲν προσήκουσι τοὺς πολεμίους. εἶτα μάχεται ὑπὲρ ὧν τοὺς προγόνους ἠδικῆσθαί φησι· καὶ ἢν μὲν σφαλῇ ἐν τῷ κινδύνῳ, ἀπώλεσε τῶν ὑπαρχόντων οὐδὲν, εὐημερήσασα δὲ μεταμανθάνειν ποιεῖ τοὺς ἡσσημένους τὸ σύγγνωμον. ὑμεῖς οὖν μήτε δράσητε ἡμᾶς περαιτέρω κακὸν μήτε αὐτοὶ πάθητε, μηδὲ πολέμιον κατεργάσησθε τῷ Γότθων γένει βασιλέα τὸν μέγαν, ὃν ἵλεων ὑμῖν εἶναι ἐν εὐχῇ ἐστιν. εὖ γὰρ ἴστε ὡς τοῦδε μεταποιουμένοις ὑμῖν τοῦ φρουρίου ὁ πόλεμος ἐν ποσὶν ἔσται οὐχ ὑπὲρ τοῦ Λιλυβαίου μόνον, ἀλλ' D ὑπὲρ ἁπάντων, ὧν οὐδὲν προσῆκον ὑμῖν εἶτα ἀντέχεσθε.‟ τοσαῦτα μὲν ἡ ἐπιστολὴ ἐδήλου. Γότθοι δὲ ἀνήνεγκάν τε ταῦτα ἐς τοῦ Ἀταλαρίχου τὴν μητέρα καὶ πρὸς τῆς γυναικὸς ἐπιτεταγμένον σφίσιν ἀπεκρίναντο ὧδε „Τὰ γράμματα, ἃ γέγραφας, ἄριστε Βελισάριε, παραίνεσιν μὲν ἀληθῆ φέρει, ἐς ἄλλους δὲ ἀνθρώπων τινὰς, οὐκ ἐς τοὺς Γότθους ἡμᾶς ἥκουσαν. ἡμεῖς

17. ἀντέχεσθε ALPm. ἀντέχεσθαι HP.

quae facitis, alienissimo, suscipiat inimicitias magnus imperator, cuius benevolentiam, labore captatam plurimo, sibi ille adiunxit. Enimvero quomodo non videatur factum vestrum a moribus hominum abhorrere, si postquam Gelimeri per vos licuit castellum tenere nuper, Augustum, nunc Gelimeris dominum, spoliare subditi possessione velitis? Id quidem a vobis absit, praeclarissimi viri: quin hoc potius cogitate, eam esse amicitiae naturam, ut peccata multa obscure ferat. Contra vero inimicitia ne levissimas quidem culpas tolerat, sed praeterita omnia scrutatur, neque hostes negligentia praetermittit, alieno ditatos. Deinde iniuriam, quam maioribus illatam dicit, armis ulcisci ita aggreditur, ut si Martis alea male cesserit, eorum, quae habet, nihil amittat: sin laetum habuerit exitum, efficit ut victi praebere se faciles aliquando discant. Itaque iam nunc absistite vobis iuxta ac nobis officere, nec Gotthis infensum reddite Imperatorem magnum, quem propitium semper vobis optamus. Etenim apprime intelligitis, si vobis castellum hoc vendicaveritis, bellum ilicet affore, quo non Lilybaeum modo, sed quidquid etiam usurpastis ex alieno, repetemus. Haec erat literarum sententia: qua Atalarici matri exposita, eius mandato, in hunc modum Gotthi rescripsere. *Epistola tua, praestantissime Belisari, admonitionem complectitur, veram illam quidem, sed in alios quospiam, minime vero in nos Gotthos*

γὰρ οὐδὲν τῶν βασιλέως Ἰουστινιανοῦ λαβόντες ἔχομεν, μή ποτε οὕτω μανείημεν· Σικελίαν δὲ ξύμπασαν προσποιούμεθα ἡμετέραν οὖσαν, ἧς δὴ ἄκρα μία τὸ ἐν Λιλυβαίῳ φρούριόν ἐστιν. εἰ δὲ Θευδέριχος τὴν ἀδελφὴν τῷ Βανδίλων βασιλεῖ ξυνοικοῦσαν τῶν τινι Σικελίας ἐμπορίων ἐκέλευσε χρῆσθαι, οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα. οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦτο δικαιώματος ὑμῖν ὁτουοῦν ἀξίωσιν φέροι. σὺ μέντοι, ὦ στρατηγέ, πράττοις ἂν τὰ δίκαια πρὸς P 248 ἡμᾶς, ἤν γε τῶν ἐν ἡμῖν ἀντιλεγομένων τὴν διάλυσιν οὐχ ὡς πολέμιος, ἀλλ' ἅτε φίλος ποιεῖσθαι θέλοις. διαφέρει δὲ, ὅτι οἱ μὲν φίλοι τὰ διάφορα ἐν τῇ διαίτῃ, οἱ δὲ πολέμιοι ἐν τῇ μάχῃ διακρίνειν πεφύκασιν. ἡμεῖς μὲν οὖν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ περὶ τούτων διαιτᾶν ἐπιτρέψομεν, ὅπῃ ἂν αὐτῷ δοκῇ νόμιμά τε καὶ δίκαια εἶναι. βουλόμεθα δέ σε ὡς βέλτιστα βουλεύσασθαι ἢ ὡς ταχύτατα καὶ τὴν παρὰ τοῦ σοῦ βασιλέως προσδέχεσθαι γνῶσιν." τοσαῦτα μὲν καὶ ἡ τῶν Γότθων γραφὴ ἐδήλου. Βελισάριος δὲ ἀνενεγκὼν ἅπαντα ἐς βασιλέα ἡσύχαζεν, ἕως αὐτῷ βασιλεὺς ἐπι- B στέλλοι ὅσα ἂν αὐτῷ βουλομένῳ εἴη.

ς'. Φάρας δὲ τῇ προσεδρείᾳ ἤδη ἄλλως τε καὶ χειμῶνος V 394 ὥρᾳ ἀχθόμενος, ἅμα δὲ καὶ οὐκ ἂν οἰόμενος οἷός τε εἶναι ἐμποδὼν σφίσι τοὺς ἐκείνῃ Μαυρουσίους στήσεσθαι, τῇ ἐς Παππούαν ἀναβάσει ξὺν προθυμίᾳ πολλῇ ἐνεχείρησεν. ἅπαντας μὲν οὖν εὖ μάλα ἐξοπλίσας τοὺς ἑπομένους ἀνέβαινε. βεβοηθηκότων δὲ C τῶν Μαυρουσίων, ἅτε ἐν χωρίῳ ἀνάντει τε καὶ λίαν δυσβάτῳ,

2. προσποιούμεθα] προσποιοῦμεν LHm. 8. ἡμῖν] ὑμῖν Grotius.

convenientem. Nihil enim, quod ad Iustinianum Aug. pertineat, usurpavimus: tanta absit a nobis insania. Nostram autem esse contendimus Siciliam totam, cuius e promontoriis unum est Lilybaei castellum. Quod si Theodericus sorori suae, Regi Vandalorum nuptae, Siculi alicuius emporii copiam fecit, id pro nihilo habe, cum apud nos legis auctoritate non valeat. Tu vero, Magister militum, aequum feceris, si in animum induxeris non hostiliter, sed amice transigere controversiam. In quo illud discrimen est, quod amici lites arbitrio dirimunt, hostes armis. Nos certe huius arbitrum controversiae Iustinianum August. feremus, quod ex aequo et bono iudicaverit, amplexuri. Porro cupimus, ut praecipiti consilio maturum praeoptes, sententiamque expectes principis tui. Haec a Gotthis rescripta. At Belisarius de re tota certiori facto Imperatore, nihil movere statuit, donec eius mandata accepisset.

6. Iam Pharas ad obsidionis et hibernae tempestatis taedium spem adiungens, fore ut Mauri montani obstare minime possent, Pappuam superare aggreditur impigre. Itaque cum suos omnes egregie armasset, ad montem subiit. Occurrunt Mauri, et ea facilitate, quam ipsa loci acclivis iniquitas praebebat, cladem afferunt ascendentibus. Nihilo se-

ἡ λύμη εὐπετῶς ἐπὶ τοὺς ἀνιόντας ἐγίνετο. καρτερῶς δὲ τοῦ
Φάρα βιαζομένου τὴν ἄνοδον, δέκα μὲν καὶ ἑκατὸν τῶν ἀμφ'
αὐτὸν ἐν τῷ ἔργῳ τούτῳ ἀπέθανον, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἐπιλοίποις
ἀποκρουσθεὶς ἀνεχώρησε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀποπειράσασθαι μὲν
τῆς ἀνόδου, ἀντιστατοῦντος τοῦ πράγματος, οὐκέτι ἐτόλμα,
φυλακὴν δὲ κατεσπουδασμένην, ὡς ἔνι μάλιστα, κατεστήσατο,
εἴ πως οἱ πιεζόμενοι τῷ λιμῷ οἱ ἐν Παππούᾳ σφᾶς αὐτοὺς ἐγχει-
H 130 ρίσειαν, καὶ οὔτε ἀποδιδράσκειν αὐτοὺς ἐνεδίδου οὔτε τι τῶν
ἔξωθεν ἐς αὐτοὺς φέρεσθαι. ἔνθα δὴ τῷ τε Γελίμερι καὶ τοῖς
D ἀμφ' αὐτὸν ἀδελφιδοῖς τε καὶ ἀνεψιαδοῖς οὖσι καὶ ἄλλοις εὖ γε-
γονόσι ξυνέπεσε κακοπαθείᾳ χρῆσθαι, ἣν ὅπως ποτὲ εἴποι τις,
οὐκ ἂν ὁμοίως τοῖς πράγμασι φράζοι. ἐθνῶν γὰρ ἁπάντων ὧν
ἴσμεν ἡμεῖς ἁβρότατον μὲν τὸ τῶν Βανδίλων, ταλαιπωρότατον
δὲ τὸ Μαυρουσίων τετύχηκεν εἶναι. οἱ μὲν γάρ, ἐξ ὅτου Λι-
βύην ἔσχον, βαλανείοις τε οἱ ξύμπαντες ἐπεχρῶντο ἐς ἡμέραν
ἑκάστην καὶ τραπέζῃ ἅπασιν εὐθηνούσῃ, ὅσα δὴ γῆ τε καὶ θά-
λασσα ἥδιστά τε καὶ ἄριστα φέρει. ἐχρυσοφόρουν δὲ ὡς ἐπὶ
πλεῖστον, καὶ Μηδικὴν ἐσθῆτα, ἣν νῦν Σηρικὴν καλοῦσιν, ἀμ-
πεχόμενοι, ἔν τε θεάτροις καὶ ἱπποδρομίοις καὶ τῇ ἄλλῃ εὐπα-
θείᾳ, καὶ πάντων μάλιστα κυνηγεσίοις, τὰς διατριβὰς ἐποιοῦν-
το. καὶ σφίσιν ὀρχησταὶ καὶ μῖμοι ἀκούσματά τε συχνὰ καὶ θεά-
P 249 ματα ἦν, ὅσα μουσικά τε καὶ ἄλλως ἀξιοθέατα ἐν ἀνθρώποις
ξυμβαίνει εἶναι. καὶ ᾤκηντο μὲν αὐτῶν οἱ πολλοὶ ἐν παραδεί-

3. αὐτόν] αὐτὸν L. 10. ἄλλοις] ἄλλως AHL. 16. εὐθηνούσῃ] εὐθενούσῃ L. 23. αὐτῶν] αὐτοῖς L.

gnius perrumpente ascensum Phara, cadunt ipsius milites cx. tum ipse cum reliquis propulsus recepit sese; neque ausus deinceps ascensum tentare ob nimiam difficultatem, satis habuit custodiam quam intentissimam potuit agitare, ut qui erant in monte Pappua ad deditionem compellerentur fame, neminem inde elabi, neque eo quidquam foris importari sinens. Ibi Gelimer, et qui eum secuti fuerant, ipsius cum a sorore tum ex fratre nepotes, aliique nobiles, iis aerumnis sunt conflictati, quas nemo verbis exaequare possit. Enimvero nationum omnium, quas novimus, nulla victu lautiori gaudebat quam Vandali: rursus nulla aridiori se sustentat, quam Mauri. Nam illi, ex quo Africam occupaverant, quotidianis omnes balneis, et mensae conquisitis terra marique suavissimis cibis extructae insueverant. Aureo plerique cultu, et veste Medica (Sericam appellant hodie) splendidi, in spectaculis ac ludis Circensibus caeterisque deliciis, praesertim in venatione toti erant. Saltatoribus ac mimis instructissimi, aurium oculorumque voluptatibus affluebant, quas homines ex concentibus musicis, et rebus ad aspectum praeclarissimis capiunt. Multi in pomariis benignissime riguis, atque optime con-

σοις, ὑδάτων καὶ δένδρων εὖ ἔχουσι· ξυμπόσια δὲ ὅτι πλεῖστα ἐποίουν, καὶ ἔργα τὰ ἀφροδίσια πάντα αὐτοῖς ἐν μελέτῃ πολλῇ ἤσκητο. Μαυρούσιοι δὲ οἰκοῦσι μὲν ἐν πνιγηραῖς καλύβαις, χειμῶνί τε καὶ θέρους ὥρᾳ, καὶ ἄλλῳ τῷ ξύμπαντι χρόνῳ, οὔτε χιόσιν οὔτε ἡλίου θέρμῃ ἐνθένδε οὔτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν ἀναγκαίῳ κακῷ ἐξιστάμενοι. καθεύδουσι δὲ ἐπὶ τῆς γῆς κώδιον οἱ εὐδαίμονες αὐτοῖς, ἂν οὕτω τύχοι, ὑποστρωννύντες. ἱμάτια δὲ σφίσιν οὐ ξυμμεταβάλλειν ταῖς ὥραις νόμος, ἀλλὰ τριβώνιόν τε ἁδρὸν καὶ χιτῶνα τραχὺν ἐς καιρὸν ἅπαντα ἐνδιδύσκονται. ἔχουσι B
δὲ οὔτε ἄρτον οὔτε οἶνον οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸν σῖτον, ἢ τὰς ὀλύρας τε καὶ κριθὰς, οὔτε ἕψοντες οὔτε ἐς ἄλευρα ἢ ἄλφιτα ἄγοντες οὐδὲν ἀλλοιότερον ἢ τὰ ἄλλα ζῷα ἐσθίουσι. τοιούτοις δὴ οὖσι τοῖς Μαυρουσίοις οἱ ἀμφὶ τὸν Γελίμερα συχνὸν ξυνοικήσαντες χρόνον τήν τε ξυνειθισμένην αὐτοῖς δίαιταν ἐς τοῦτο ταλαιπωρίας μεταβαλόντες, ἐπειδὴ καὶ αὐτὰ σφᾶς τὰ ἀναγκαῖα ἤδη ἐπελελοίπει, οὐκέτι ἀντεῖχον, ἀλλὰ καὶ τὸ τεθνάναι αὐτοῖς ἥδιστον καὶ τὸ δουλεύειν ἥκιστα αἰσχρὸν ἐνομίζετο.

Ὧν δὴ Φάρας αἰσθόμενος γράφει πρὸς Γελίμερα τάδε „Εἰμὶ μὲν καὶ αὐτὸς βάρβαρος καὶ γραμμάτων τε καὶ λόγων οὔτε ἠθὰς οὔτε ἄλλως ἔμπειρος γέγονα. ὅσα δέ με ἄνθρωπον ὄντα εἰδέναι ἀνάγκη, ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἐκμαθὼν ἔγραψα. C
τί ποτε ἄρα πεπονθὼς, ὦ φίλε Γελίμερ, οὐ σαυτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν τὸ σαυτοῦ γένος ἐς τὸ βάραθρον τοῦτο ἐμβέβληκας, ὅπως δηλαδὴ μὴ γένοιο δοῦλος; πάντως γάρ σε καὶ νεανιεύεσθαι

7. ὑποστρωννύντες ALHm. ὑποστρωννύοντες HP.

sitis habitabant. Crebra inter illos convivia, et in omni re Venerea accurata exercitatio. Mauri vero hiemem aeque ut aestatem, aliasque tempestates traducunt in casulis, ubi respirare vix queas: neque illos inde nix, neque aestus, neque ullum vitae incommodum exigit. Ipsis pro lecto humus: divites pellem villosam sibi forte substernunt. Crasso pallio, tunicaque aspera semper induti, non solent vestes mutare pariter cum tempestatibus. Pane, vino, caeterisque mitioris victus commodis carent: far autem, olyram atque hordeum, nec mitigata igni, nec commolita, mandunt iumentorum ritu. Ita natis factisque Mauris iamdiu permisti Gelimeris comites, et ab illa sua vivendi ratione eo miseriae deducti, ut vel maxime necessaria iam ipsos deficerent, succumbebant, ac mortem suavissimam, servitutem non indecoram esse ducebant.

Re Pharas intellecta, has ad Gelimerem literas dedit. *Equidem et ipse sum Barbarus, et literarum rudis, nec unquam consuetudinem cum Musis habui. Quae tamen, ut homo, nequeo ignorare, ea ad te, natura ipsa dictante, scribo. Unde fieri dicam, care Gelimer, ut te ac tuos omnes in hoc barathrum calamitatis demiseris, ne iugum accipias?*

τοῦτο, οἶμαι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν προΐσχεσθαι, ὡς δὴ ἅπαντα ταύτης τὰ μοχθηρὰ ἀνταλλάσσεσθαι ἄξιον. εἶτα νῦν Μαυρουσίων τοῖς γε ἀτυχεστάτοις οὐκ οἴει δουλεύειν, ὃς τὴν ἐλπίδα τοῦ
V 395 σώζεσθαι, ἢν τὰ κράτιστα φέρῃ, ἐπ᾽ αὐτοῖς ἔχεις. καίτοι πῶς ἂν οὐχὶ τῷ παντὶ ἄμεινον εἴη δουλεύειν ἐν Ῥωμαίοις πτωχεύοντα ἢ τυραννεῖν ἐν Παππούᾳ τε καὶ Μαυρουσίοις; πάντως δέ σοι καὶ τὸ ξυνδούλῳ Βελισαρίῳ εἶναι ὑπερβολή τις ὕβρεως φαίνεται.
D ἄπαγε, ὦ βέλτιστε Γελίμερ. ἦ καὶ ἡμεῖς οὐκ ἐξ εὐπατριδῶν γεγονότες βασιλεῖ νῦν ὑπηρετεῖν αὐχοῦμεν; καὶ μὴν λέγουσιν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ βουλομένῳ εἶναι ἔς τε βουλὴν ἀνάγραπτόν σε ποιήσασθαι, τιμῆς μεταλαχόντα τῆς ἀνωτάτω, ἣν δὴ πατρικίων καλοῦσι, καὶ χώρᾳ τε πολλῇ καὶ ἀγαθῇ καὶ χρήμασι μεγάλοις δωρήσασθαι, Βελισάριόν τε ἐθέλειν ἀναδέχεσθαι πάντα ταῦτα ἔσεσθαί σοι, πίστεις διδόντι. σὺ δὲ ὅσα μὲν ἡ τύχη μοχθηρὰ ἤνεγκε, φέρειν γενναίως οἷός τε εἶ πάντα τὰ ἐνθένδε ἀνθρώπῳ γε ὄντι ἀναγκαῖα εἶναι οἰόμενος. ἢν δέ τινι ἀγαθῷ τὰ δυσχερῆ ταῦτα ξυγκεραννύειν βεβούλευται, τοῦτο δὲ αὐτὸς ἐθε-
P 250 λούσιος δέξασθαι οὐκ ἂν ἀξιοίης; ἢ οὐχ ὁμοίως τοῖς φλαύροις ἀναγκαῖά γε ἡμῖν καὶ τὰ παρὰ τῆς τύχης ἀγαθὰ λογιστέον; ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις δοκεῖ. σοὶ δέ, νῦν μὲν βεβαπτισμένῳ ταῖς συμφοραῖς, ἀξυνέτῳ, ὡς τὸ εἰκός, ξυμβαίνει εἶναι· ἀθυμία γὰρ ἐκπλήξασα ἐς ἀβουλίαν τρέπεσθαι πέφυ-

4. ἢν] ἢ Pm. ibid. φέρῃ AL. φέρει P. φέρειν Pm. 8. ἦ] ἢ L. 14. διδόντι Hoeschelius. διδόντα P. διδόναι Hm. 21. ξυμβαίνει L. συμβαίνει P.

Hoc enim, nisi fallor, iactas, ac libertatem obtendis, tanquam dignam, cuius causa aerumnae quaelibet subeantur. Nec tamen vides te infelicissimae Maurorum feci servire, dum in ea salutis ac dignitatis tuae spem figis. At nonne praestaret subesse domino apud Romanos vel ad mendicitatem redactum, quam Pappuae ac Maurorum tyrannum esse? Probrosum scilicet supra quam dici possit, ac turpe ducis, subditum esse cum Belisario eidem principi. Apage istiusmodi cogitationem, praeclarissime Gelimer. An non et ipsi claris orti natalibus, Imperatori obsequi gloriamur? Porro ferunt constitutum esse Iustiniano Aug. ascribere te senatui, summo Patriciatus honore ornatum, et optimo latifundio pecuniaque ingenti donare, ac velle Belisarium, data fide, haec omnia in se recipere, ac praedem fieri. Tu quidem adversos omnes Fortunae casus magno ferre animo potes, hac opinione imbutus, nihil ab ipsa invectum esse, quod tibi, quippe homini, patiendum non sit necessario. Verum si Deo placet aerumnas tuas bono aliquo temperare, id tu videlicet ultro respuas? Nonne aeque necessaria censenda sunt munera Fortunae ac damna? Ita profecto sentiant vel maxime stupidi. Iam quidem te malis mersum, credibile est consilio defici: nam huius inopiam

κεν· ἢν δὲ φέρειν τὴν διάνοιαν τὴν σαυτοῦ δύναιο, καὶ μὴ πρὸς τύχην μεταβαλλομένην ἀγανακτεῖν, παρέσται σοι αὐτίκα δὴ μάλα H 131 τά τε ξύμφορα ἑλέσθαι ἅπαντα καὶ τῶν ἐπικειμένων ἀπηλλάχθαι κακῶν.“

Ταῦτα Γελίμερ τὰ γράμματα ἀναλεξάμενος ἀποκλαύσας τε δεινῶς ἀντέγραψεν ὧδε „Καὶ τῆς ξυμβουλῆς, ἥν μοι ἐποιήσω, B πολλὴν ἔχω σοι χάριν καὶ πολεμίῳ ἀδικοῦντι δουλεύειν οὐκ ἀνεκτὸν οἶμαι, παρʼ οὗ ἂν δίκην εὐξαίμην λαβεῖν, εἴ μοι ὁ θεὸς ἵλεως εἴη, ὅς γε οὐδὲν πώποτε ἄχαρι πρὸς ἐμοῦ οὔτε ἔργῳ παθὼν οὔτε λόγῳ ἀκούσας πολέμῳ μὲν αἰτίαν οὐκ ἔχοντι παρέσχετο σκῆψιν, ἐμὲ δὲ ἐς τοῦτο μετήνεγκε τύχης, Βελισάριον οὐκ οἶδα ὅθεν ἐπενεγκών. καίτοι καὶ αὐτῷ ἀνθρώπῳ γε ὄντι καὶ βασιλεῖ οὐδὲν ἀπεικὸς ξυμβήσεσθαί τι ὧν οὐκ ἂν ἕλοιτο. ἐγὼ μέντοι περαιτέρω τι γράφειν οὐκ ἔχω. ἀφείλετο γάρ με τὴν ἔννοιαν ἡ παροῦσα τύχη. ἀλλὰ χαῖρέ μοι, ὦ φίλε Φάρα, καί μοι κιθάραν τε καὶ ἄρτον ἕνα καὶ σπόγγον δεομένῳ πέμπε.“ ταῦτα ἐπεὶ ἀπενεχθέντα ὁ Φάρας ἔγνω, C χρόνον δή τινα διηπορεῖτο τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἀκροτελεύτιον ξυμβαλεῖν οὐκ ἔχων, ἕως οἱ ὁ ταύτην κομίσας ἔφρασεν ὡς ἄρτου μὲν ἑνὸς δέοιτο Γελίμερ, ἐπιθυμῶν ἐς θέαν τε αὐτοῦ ἀφικέσθαι καὶ βρῶσιν, ἐπεὶ ἐξ οὗ εἰς Παππούαν ἀναβέβηκεν, οὐδένα πω ἄρτον ὠπτημένον εἶδε. σπόγγος δέ οἱ ἀναγκαῖος εἴη· τοῖν γάρ οἱ ὀφθαλμοῖν ἅτερος, τραχυνόμενος τῇ ἀλουσίᾳ, ἐς ἄγαν ἐπῆρται. κιθαριστῇ δὲ ἀγαθῷ ὄντι ᾠδή τις αὐτῷ ἐς ξυμφορὰν τὴν παροῦσαν πεποίηται, ἣν δὴ πρὸς κιθά-

parere tristitia consuevit, cum mentem perculit. Si vero id consequaris, ut sustineas animum, nec fortunae mutationem acerbius feras, promptum erit optima quaeque amplecti, teque urgenti expedire calamitate.

His Gelimer lectis literis, graviter flens, ita rescripsit. *Quod mihi consilium dedisti, magnam habeo tibi gratiam: ut autem hosti iniusto serviam, id vero mihi intolerandum videtur. Si Deus faveret, repetere poenas ab eo vellem, qui a me nunquam nec facto violatus nec verbo, bello, cuius nulla est causa legitima, praetextum praebuit, meque in hunc statum redegit, accito, nescio unde, immissoque Belisario. Non improbabile esse sciat, passurum ipsum, tanquam hominem ac principem, eorum aliquid, unde abhorret. Nequit ultra progredi stilus, auferente mentem calamitate, quae me circumvenit. Vale, amice Phara, et mihi, quod te oro, citharam, panem unum ac spongiam mitte.* Haec Pharas cum perlegisset, haesit aliquandiu circa postremum epistolae caput, ignarus quo id spectaret, donec exposuit tabellarius; panem unum a Gelimere peti, ipsius tandem videndi gustandique cupido: non enim panem vidisse coctum, ex quo Pappuam ascendisset: opus habere spongia, quod oculorum eius alter intumuisset, illuvie exasperatus: cum vero fidicen peritus esset, carmen de infelicitate sua a se compositum, flebilibus ly-

ραν θρηνῆσαί τε καὶ ἀποκλαῦσαι ἐπείγεται. ταῦτα ἀκούσας D Φάρας καὶ περιαλγήσας τε καὶ τύχην τὴν ἀνθρωπείαν ἀπολοφυράμενος, κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐποίει, καὶ πάντα ἔπεμπεν ὅσων αὐτοῦ ἔχρῃζε Γελίμερ. τῆς μέντοι προσεδρείας οὐδὲν μεθιεὶς ἐφύλασσε μᾶλλον ἢ πρότερον.

ζ΄. Ἤδη δὲ τριῶν μηνῶν χρόνος ἐν ταύτῃ δὴ τῇ προσεδρείᾳ ἐτρίβη καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. καὶ ὁ Γελίμερ ἐδεδίει, τοὺς πολιορκοῦντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐς μακρὰν ἀναβήσεσθαι ὑποτοπάζων, P 251 καὶ τῶν οἱ ξυγγενῶν παιδίων τὰ πλεῖστα σώματα σκώληκας ἐν ταύτῃ δὴ τῇ ταλαιπωρίᾳ ἠφίει. καὶ ἐν ἅπασι μὲν περιώδυνος ἦν, ἐς ἅπαντα δὲ, πλήν γε δὴ τοῦ θνήσκειν, δυσάρεστος. τῇ μέντοι κακοπαθείᾳ παρὰ δόξαν ἀντεῖχεν, ἕως οἱ θέαμα ἰδεῖν ξυνηνέχθη τοιόνδε. γυνή τις Μαυρουσία, σῖτον ὀλίγον V 396 ἀμωσγέπως συγκοψαμένη, μᾶζαν δὲ ἐνθένδε βραχεῖαν κομιδῇ ποιησαμένη ἐς ζέουσαν τὴν σποδιὰν τὴν ἐν τῇ ἐσχάρᾳ ἐνέβαλλεν. οὕτω γὰρ νόμος ἐν Μαυρουσίοις τοὺς ἄρτους ὀπτᾶσθαι. παρὰ ταύτην δὴ τὴν ἐσχάραν δύο παῖδε καθημένω καὶ τῷ λιμῷ ὑπεράγαν B βιαζομένω, ἅτερος μὲν αὐτῆς τῆς ἀνθρώπου υἱὸς, ἣ τὴν μᾶζαν ἐμβεβλημένη ἐτύγχανεν, ὁ δὲ ἕτερος Γελίμερος ἀδελφιδοῦς ὤν, ἐβουλέσθην ταύτην δὴ τὴν μᾶζαν ἁρπάσασθαι, ἐπειδὰν αὐτοῖς τάχιστα ὠπτῆσθαι δοκῇ. τούτοιν τοῖν παίδοιν ὁ μὲν Βανδίλος προτερήσας ἔφθασέ τε τὴν μᾶζαν ἁρπάσας καὶ ζέουσαν ἔτι ὡς μά-

2. ἀπολοφυράμενος AL. ἀπολοφυρόμενος P. 3. τὰ om. L. 6. δὴ addidi ex L. 14. μᾶζαν] Vulgo μάζαν hic et infra. 21. δοκῇ L. δοκεῖ P. *ibid.* Βανδίλος] βανδίλοις L.

rae numeris aptare velle, et plorando modulari. Quo Pharas audito, condolens, atque humanam sortem deplorans, epistolae satisfecit, ac Gelimeri, quidquid postulaverat, misit. Tum perstans in obsidione, aditus omnes diligentius custodivit.

7. In hac obsidione mensibus elapsis tribus, et hieme iam exeunte, Gelimerem timor invasit, suspicantem obsessores illuc propediem ascensuros. Complures pueri, propinqui eius, putrescentibus paedore corporibus verminabant. Et quanquam omnibus indolebat animo Gelimer, prae se tamen ferebat constantiam, uno mortis periculo flexibilem, in aerumnis praeter opinionem perstans atque obdurans: donec sub ipsius oculis res ista contigit. Femina quaedam Maura confectam e pauxillo frumento, utcunque contuso, placentulam, in favillam foci immiserat: quo pacto panes coquere solent Mauri. Assederant ad focum pueri duo: quorum alter Gelimeris erat ex sorore nepos, alter filius feminae, quae in cinerem placentam iniecerat. Ambo rabida instincti fame, inhiabant placentae, hanc parati rapere, simul cocta videretur. Promptius irruens puer Vandalus, eam praeripit, et ferventissimam adhuc, multoque obductam cinere, fame victus, in os iniicit et absorbet. In comam socius

λιστα σποδιᾶς τε ἀνάπλεων οὖσαν, ὑπερβιαζομένου αὐτὸν τοῦ
λιμοῦ, ἐς τὸ στόμα ἐμβαλλόμενος ἤσθιεν, ὁ δὲ ἕτερος λαβό-
μενος αὐτοῦ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν ἐπάταξέ τε κατὰ κόρρης
καὶ αὖθις ῥαπίσας ἠνάγκασε τὴν μᾶζαν ξὺν βίᾳ πολλῇ ἀποβαλεῖν
ἤδη ἐν τῇ φάρυγγι οὖσαν. τοῦτο τὸ πάθος οὐκ ἐνεγκὼν Γελίμερ
(παρηκολούθει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἅπασιν) ἐθηλύνθη τε τὴν διάνοιαν
καὶ πρὸς Φάραν ὡς τάχιστα ἔγραψε τάδε „Εἴ τινι καὶ ἄλλῳ τε- C
τύχηκε πώποτε τὰ δεινὰ καρτερήσαντι ἀπ' ἐναντίας ἰέναι τῶν
πρόσθεν αὐτῷ βεβουλευμένων, τοιοῦτον δή τινα καὶ ἐμὲ νόμιζε
εἶναι, ὦ βέλτιστε Φάρα. εἰσῆλθε γάρ με ἡ σὴ ξυμβουλή, ἣν
δὴ ἀλογῆσαι ἥκιστα βούλομαι. οὐ γὰρ ἂν ἀντιτείνοιμι περαιτέρω
τῇ τύχῃ οὐδὲ πρὸς τὴν πεπρωμένην ζυγομαχοίην, ἀλλ' ἕψομαι
αὐτίκα δὴ μάλα, ὅπῃ ἂν αὐτῇ ἐξηγεῖσθαι δοκῇ· ὅπως μέντοι
τὰ πιστὰ λάβοιμι, ἀναδέχεσθαι Βελισάριον βασιλέα ποιήσειν
ἅπαντα, ὅσα μοι ἔναγχος ὑπεδέξω. ἐγὼ γάρ, ἐπειδὰν τάχιστα
τὴν πίστιν δοίητε, ἐμαυτόν τε ὑμῖν ἐγχειριῶ καὶ ξυγγενεῖς τούσδε
καὶ Βανδίλους, ὅσοι ξὺν ἡμῖν ἐνταῦθά εἰσι."

Τοσαῦτα μὲν τῷ Γελίμερι ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇδε ἐγέγραπτο. D
Φάρας δὲ ταῦτά τε Βελισαρίῳ καὶ τὰ πρότερον γεγραμμένα σφίσι
πρὸς ἀλλήλους σημήνας ἐδεῖτο ὡς τάχιστά οἱ δηλῶσαι ὅ τι ἂν H 132
αὐτῷ βουλομένῳ εἴη. Βελισάριος δὲ (καὶ γὰρ οἱ ἐν ἐπιθυμίᾳ
μεγάλῃ ἦν ζῶντα Γελίμερα βασιλεῖ ἀγαγεῖν) ἐπειδὴ τάχιστα τὰ
γράμματα ἀνελέξατο, περιχαρής τε ἐγεγόνει καὶ Κυπριανὸν φοι-
δεράτων ἄρχοντα ἐς Παππούαν ἐκέλευεν ἰέναι ξὺν ἄλλοις τισίν,

1. ἀνάπλεων L. ἀνάπλεον P. 3. κόρρης] κόρης ALHm. 13. δοκῇ A. δοκεῖ P.

involat, et semel iterumque impacto maxillae pugno, multa vi placentam excutit, iam fauces implentem. Rem totam ab initio contemplatus Gelimer, luctuoso spectaculo victus ac mollitus animo, statim has ad Pharam literas exarat. *Si quis unquam obfirmato pectore adversa passus, de sententia decessit, eum me esse puta, praeclare Phara. Animum subiit consilium tuum, quod iam sane aspernari nolo. Obluctari Fortunae, et cum Fato rixari, desinens, quocunque vocat, sine mora nunc sequar. Da solum operam, ut fide interposita recipiat Belisarius, praestiturum Imperatorem, quaecunque pollicitus es mihi nuper. Statim ut fidem accepero, cum propinquis ac Vandalis, quotquot hic adsunt, me vobis dedam.*

Haec per literas Gelimer: quibus Pharas, cum prioribus illis, quae scriptae ultro citroque fuerant, Belisario impertitis, eum rogat, ut quid fieri velit quamprimum significet. Belisarius, cum Gelimerem vivum ad Imperatorem ducere maximopere cuperet, perlectis literis, mirum in modum gavisus est, ac Cyprianum, foederatorum ducem, cum aliis nonnullis ad montem Pappuam misit, iussum fidem astringere iureiurando, inco-

ὅρκους τε αὐτοῖς ἐπέστελλε περὶ σωτηρίας Γελίμερός τε καὶ τῶν ξὺν αὐτῷ διδόναι, καὶ ὡς ἐπίτιμός τε παρὰ βασιλεῖ καὶ οὐδενὸς ἐνδεὴς εἴη. οἵπερ ἐπεὶ παρὰ τὸν Φάραν ἀφίκοντο, ἦλθον ξὺν αὐτῷ ἔς τι χωρίον παρὰ τὸν τοῦ ὄρους πρόποδα, ἔνθα σφίσι Γελίμερ μετάπεμπτος ἦλθε καὶ τὰ πιστὰ λαβὼν ᾗπερ ἐβούλετο ἐς Καρχηδόνα ξὺν αὐτοῖς ἧκεν. ἐτύγχανε δὲ Βελισάριος διατριβήν τινα ἐν τῷ τῆς πόλεως προαστείῳ ποιούμενος, ὅπερ Ἄκλας
P 252 καλοῦσιν. ἔνθα δὴ ὁ Γελίμερ παρ' αὐτὸν εἰσῆλθε, γελῶν γέλωτα οὔτε φαῦλον οὔτε κρύπτεσθαι ἱκανὸν ὄντα, τῶν τε αὐτὸν θεωμένων ἔνιοι μὲν τῇ τοῦ πάθους ὑπερβολῇ ἀπάντων τε αὐτῶν ἐκστῆναι τῶν κατὰ φύσιν ὑπώπτευον καὶ παραπαίοντα ἤδη λόγῳ οὐδενὶ τὸν γέλωτα ἔχειν. οἱ μέντοι φίλοι ἀγχίνουν τε τὸν ἄνθρωπον ἐβούλοντο εἶναι καὶ (ἅτε οἰκίας μὲν βασιλικῆς γεγονότα, ἐς βασιλείαν δὲ ἀναβεβηκότα, καὶ δύναμίν τε ἰσχυρὰν χρήματά τε μεγάλα ἐκ παιδὸς ἄχρι καὶ ἐς γῆρας περιβαλόμενον, εἶτα ἐς φυγήν τε καὶ δέος πολὺ ἐμπεσόντα καὶ κακοπάθειαν τὴν ἐν Παπ-
B πούᾳ ὑποστάντα, καὶ νῦν ἐν αἰχμαλώτων λόγῳ ἥκοντα, πάντων τε ταύτῃ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης ἀγαθῶν τε καὶ φλαύρων ἐν πείρᾳ γεγονότα) ἄλλου οὐδενὸς ἄξια τὰ ἀνθρώπεια ἢ γέλωτος πολλοῦ οἴεσθαι εἶναι. περὶ μὲν οὖν τοῦ γέλωτος, ὃν Γελίμερ ἐγέλα, λεγέτω ἕκαστος ὥς πη γινώσκει, καὶ ἐχθρὸς καὶ φίλος. Βελισάριος δὲ ἐς βασιλέα ὡς Γελίμερ δοριάλωτος εἴη ἐν Καρχηδόνι ἀνενεγκὼν ᾔτει ξὺν αὐτῷ ἐς Βυζάντιον ἀφικέσθαι. ὅμα δὲ αὐτόν τε καὶ Βανδίλους ἅπαντας οὐκ ἐν ἀτιμίᾳ ἐφύλασσε καὶ τὸν στόλον ἐν παρασκευῇ ἐποιεῖτο.

22. δοριάλωτος] δορυάλωτος P.

lumem fore cum suis Gelimerem, ab Augusto honorifice habitum iri, nec ipsi quidquam defuturum. Ad Pharam illi cum pervenissent, una cum eo se contulerunt ad montis radices: quo et ipse venit accitus Gelimer, et accepta fide ex animi sententia, Carthaginem cum ipsis profectus est. In suburbano, cui nomen Aclas, commorans tunc Belisarius, ibi illum accepit, effuse palam ridentem. Quo viso, quidam e statu mentis deiectum esse calamitatis ingentis vi, ac iam delirum, ridere sine re iudicabant. Amici vero pugnabant, acri ipsum iudicio pollere, et humana omnia risu tantum digna maximo ducere: postquam ipse regio sanguine cretus, regnum adeptus, summis opibus divitiisque amplissimis a puero ad senectutem fruitus, fugisset, trepidasset, durissima pertulisset in monte Pappua, iam denique captivus teneretur, utramque fortunam plene expertus. At illum Gelimeris risum pro suo quisque sensu, tum amicus, tum inimicus, interpretetur. Mox Belisarius captum Gelimerem servari Carthagine Imperatori significat, instatque ut cum eo Byzantium sibi liceat navigare. Interea ipsum omnesque Vandalos in liberali habens custodia, classem ornavit.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἐν τῷ παντὶ αἰῶνι ἤδη τε κρείσσω
ἐλπίδος ἐς πεῖραν ἦλθε καὶ ἀεὶ ἥξει, ἕως ἂν αἱ αὐταὶ τύχαι ἀν-
θρώπων ὦσι. τά τε γὰρ λόγῳ ἀδύνατα δοκοῦντα εἶναι ἔργῳ ἐπι- C
τελῆ γίνεται καὶ τὰ τέως ἀδύνατα φανέντα πολλάκις, εἶτα ἀπο-
βάντα θαύματος ἄξια ἔδοξεν εἶναι. εἰ μέντοι τοιαῦτα ἔργα πώ-
ποτε γεγενῆσθαι τετύχηκεν οὐκ ἔχω εἰπεῖν, τὸν Γιζερίχου τέταρ-
τον ἀπόγονον καὶ τὴν βασιλείαν τὴν αὐτοῦ πλούτῳ τε καὶ στρα- V 397
τιωτῶν δυνάμει ἀκμάζουσαν πρὸς πεντακισχιλίων ἀνδρῶν ἐπηλύ-
των τε καὶ οὐκ ἐχόντων ὅπῃ ὁρμίζοιντο ἐν χρόνῳ οὕτω βραχεῖ
καταλελύσθαι. τοσοῦτον γὰρ ἦν τὸ τῶν ἱππέων πλῆθος τῶν Βελι-
σαρίῳ ἐπισπομένων, οἳ καὶ τὸν πόλεμον ἅπαντα πρὸς Βανδίλους
διήνεγκαν. τοῦτο γὰρ εἴτε τύχῃ εἴτε τινὶ ἀρετῇ γέγονε, δικαίως
ἄν τις αὐτὸ ἀγασθείη. ἐγὼ δὲ ὅθενπερ ἐξέβην ἐπάνειμι. D

η'. Ὁ μὲν οὖν Βανδιλικὸς πόλεμος ἐτελεύτα ὧδε. ὁ δὲ
φθόνος, οἷα ἐν μεγάλῃ εὐδαιμονίᾳ φιλεῖ γίνεσθαι, ὤδινεν ἤδη
ἐς Βελισάριον, καίπερ αὐτὸν οὐδεμίαν παρέχοντα σκῆψιν. τῶν
γὰρ ἀρχόντων τινὲς διέβαλλον αὐτὸν ἐς βασιλέα, τυραννίδα αὐ- P 253
τῷ οὐδαμόθεν προσήκουσαν ἐπικαλοῦντες. βασιλεὺς δὲ ταῦτα
μὲν ἐς τὸ πᾶν οὐκ ἐξήνεγκεν, ἢ τὴν διαβολὴν ἐν ὀλιγωρίᾳ ποιη-
σάμενος, ἢ καὶ βέλτιον αὐτῷ ἐνομίσθη. Σολόμωνα δὲ πέμψας

3. δοκοῦντα] φανέντα addit L et uncis inclusum H. 8. ἐπηλύτων] ἐπηλύδων L a m. sec. ἐπηλύδων est p. 308 b. ἐπηλύτην 257 d. 322 c. ἐπηλύται 424 c. ἐπηλύτας 425 a. 10. τῶν β. L. τῷ Β. P. 11. τὸν om. L. 14. Βανδιλικὸς] βανδηλικὸς L. 16. αὐτὸν] αὐτῷ AL. αὐτῶν H. αὐτὸν Hm. 20. ἢ καὶ βέλτιον αὐτῷ ἐνομίσθη] Vide ad p. 338, 10.

Multa quidem alia, supra spem omnem posita, aetates omnes praeteritae viderunt accidere, et consequentes videbunt: quandiu eadem erit humanae vitae conditio. Fiunt enim, quae non posse fieri videbantur; et quae habita saepe sunt impossibilia, postea cum extiterunt, admirabilitatis plurimum habuere. Num autem iis, quae hic narrantur, similia aliquando contigerint, mihi non est promptum dicere. Quantum est, quod quina advenarum millia (tot enim equites, qui soli bellum gessere cum Vandalis, secum advexerat Belisarius) cum portum, in quem appellerent, non haberent, Gizerici abnepotem, eiusque regnum, divitiis, ac militibus pollens, everterint tam brevi tempore. Mirandum profecto seu fortunae, seu virtutis opus. Ego vero unde diverti, illuc redeo.

8. Hic fuit exitus belli Vandalici. Iam vero individua magnae felicitatis comes invidia in Belisarium ringebatur, quamvis ab eo nulla daretur ansa obtrectationis. Ad Imperatorem duces quidam illius nomen de tyrannidis ambitu, unde erat alienissimus, detulerunt. Quam calumniam Augustus in vulgus non extulit, sive illam negligeret, sive expedire silentium iudicaret: sed Salomonem misit, atque optionem fecit Be-

*αἵρεσιν Βελισαρίῳ παρέσχετο ἑλέσθαι ὁπότερα ἂν αὐτῷ βουλομέ-
νῳ εἴη, πότερα ξὺν Γελίμερί τε καὶ Βανδίλοις ἐς Βυζάντιον ἥκειν,
ἢ αὐτοῦ μένοντι ἐκείνους στεῖλαι. ὁ δὲ (οὐδὲ γὰρ ἔλαθον αὐ-
τὸν οἱ ἄρχοντες τὴν τυραννίδα ἐπενεγκόντες) ἐς Βυζάντιον ἀφι-
κέσθαι ἠπείγετο, ὅπως δὴ τήν τε αἰτίαν ἐκλύσηται καὶ τοὺς δια-
βαλόντας μετελθεῖν δύνηται. ὅτῳ δὲ τρόπῳ τὴν τῶν κατηγόρων
B πεῖραν ἔμαθον, ἐρῶν ἔρχομαι. ὅτε δὴ τὴν διαβολὴν τήνδε
ποιεῖσθαι οἱ διαβάλλοντες ἤθελον, δείσαντες μὴ σφίσιν ὁ τὴν ἐπι-
στολὴν μέλλων βασιλεῖ κομιεῖν ἐν θαλάσσῃ ἀφανισθεὶς τὰ πρασ-
σόμενα διακωλύσῃ, ἐν δύο γραμματείοις τὴν τυραννίδα γράψαν-
τες, ἀγγέλους δύο ὡς βασιλέα ἐν ναυσὶ δύο στέλλειν διενοοῦντο.
τούτοιν ἅτερος μὲν λαθὼν ἔπλευσεν, ὁ δὲ ἕτερος ἐξ ὑποψίας δή
τινος ἐν Μανδρακίῳ ἥλω, καὶ τὰ γράμματα τοῖς λαβοῦσιν αὐτὸν
ἐγχειρίσας ἔκπυστα ἐποίησε τὰ πρασσόμενα. ταύτῃ τε μαθὼν
H 133 Βελισάριος, ἐς ὄψιν ἐλθεῖν τὴν βασιλέως, ὥσπερ ἐρρήθη, ἠπεί-
γετο. ταῦτα μὲν δὴ ἐν Καρχηδόνι ἐφέρετο ὧδε.*

C *Μαυρούσιοι δὲ, ὅσοι ἔν τε Βυζακίῳ καὶ Νουμιδίᾳ ᾤκηντο,
ἐς ἀπόστασίν τε ἐξ αἰτίας οὐδεμιᾶς εἶδον καὶ τὰς σπονδὰς διαλύ-
σαντες χεῖρας ἀνταίρειν ἐξαπιναίως Ῥωμαίοις ἔγνωσαν. καὶ τοῦτο
οὐκ ἄπο τοῦ οἰκείου τρόπου σφίσιν ἐπράσσετο. ἔστι γὰρ ἐν Μαυ-
ρουσίοις οὔτε θείου φόβος οὔτε ἀνθρώπων αἰδώς. μέλει γὰρ
αὐτοῖς οὔτε ὅρκων οὔτε ὁμήρων, ἢν καὶ παῖδες ἢ ἀδελφοὶ τῶν ἐν*

1. *ὁπότερα ἂν*] *ὁποτέραν* H: illud Hm. 15. *ἐρρήθη*] *ἐῤῥέθη* P.
22. *οὔτε ὅρκων οὔτε*] *οὐδὲ ὅρκων οὐδὲ* P.

lisario, malletne cum Gelimere ac Vandalis venire Byzantium, an manens in Africa, ipsos mittere. Ille haud ignarus sibi a ducibus inferri crimen affectatae tyrannidis, proficisci Byzantium maturabat, ut calumniam obtereret, eiusque artifices coërceret. Quo autem pacto delatorum molitionem cognoverit, iam planum faciam. Cum hanc illi criminationem instruerent, ac vererentur ne optato careret exitu, si quid in mari humanitus ei accideret, qui ad Augustum allaturus erat epistolam, binas literas, tyrannidis indices, scribere, totidemque ad ipsum tabellarios in duas naves impositos, mittere constituerunt. Eorum alter, a nemine deprehensus, mare transmisit: alter in portu Mandracio, data aliqua suspicione, interceptus, tenentibus se, literas tradidit, technamque enuntiavit. Qua cognita Belisarius Imperatorem adire, ut dictum est, festinabat. Haec in urbe Carthagine.

Mauros vero, tum Byzacii, tum Numidiae incolas, ad defectionem mera animi libido induxit perpulitque, ut, rupto foedere, in Romanos derepente insurgerent. Neque id ab eorum ingenio alienum. Nam apud Mauros nec Dei timor, nec hominum reverentia locum habent. Nulla est iurisiurandi religio, nulla obsidum cura, quamvis illi vel filii fuerint vel

σφίσιν ἡγουμένων τύχωσιν ὄντες. οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενὶ εἰρήνη ἐν Μαυρουσίοις, ὅτι μὴ τῶν πολεμίων τῷ κατ' αὐτῶν δέει κρατύνηται. ὅπως δὲ αὐτοῖς αἵ τε πρὸς Βελισάριον σπονδαὶ ἐγένοντο D
καὶ ὅτῳ διελύθησαν τρόπῳ, ἐγὼ δηλώσω. ἡνίκα ὁ βασιλέως στόλος ἐπίδοξος ἐγεγόνει ὡς ἐς Λιβύην ἀφίξεται, δείσαντες οἱ Μαυρούσιοι μή τι ἐνθένδε κακὸν λάβωσι ταῖς ἐκ τῶν γυναικῶν μαντείαις ἐχρῶντο. ἄνδρα γὰρ μαντεύεσθαι ἐν τῷ ἔθνει τούτῳ οὐ θέμις, ἀλλὰ γυναῖκες σφίσι κάτοχοι ἐκ δή τινος ἱερουργίας γινόμεναι προλέγουσι τὰ ἐσόμενα, τῶν πάλαι χρηστηρίων οὐδενὸς ἧσσον. τότε οὖν πυνθανομένοις αὐτοῖς, ὥσπερ ἐρρήθη, αἱ γυναῖκες ἀνεῖλον, στρατὸν ἐξ ὑδάτων, Βανδίλων κατάλυσιν, Μαυρουσίων φθοράν τε καὶ ἧσσαν, ὅτε Ῥωμαίοις ὁ στρατηγὸς ἀγένειος ἔλθοι. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Μαυρούσιοι, ἐπειδὴ τὸ βασιλέως στράτευμα εἶδον ἐκ θαλάσσης ἧκον, ἐν δέει τε μεγάλῳ ἐγένοντο καὶ ξυμμαχεῖν Βανδίλοις ἥκιστα ἤθελον, ἀλλ' ἐς Βε- P 254
λισάριον πέμψαντες καὶ τὴν εἰρήνην, ὡς πρόσθεν δεδήλωται, V 398
κρατυνάμενοι ἡσύχαζόν τε καὶ τὸ μέλλον ὅπη ἐκβήσεται ἐκαραδόκουν. ἐπεὶ δὲ Βανδίλων τὰ πράγματα ἤδη ἐς πέρας ἀφῖκτο, πέμπουσιν ἐς τὸ Ῥωμαίων στράτευμα, διερευνώμενοι εἴ τις αὐτοῖς ἐν ἀρχῇ ἀγένειός ἐστιν. ἐπεὶ δὲ ἅπαντας πώγωνος ἑώρων ἐμπιπλαμένους, οὐ χρόνον τὸν παρόντα σφίσι τὸ μαντεῖον σημαίνεσθαι ᾤοντο, ἀλλὰ πολλαῖς γενεαῖς ὕστερον, ταύτῃ τὸ λόγιον ἑρμηνεύοντες, ᾗ αὐτοὶ ἤθελον. αὐτίκα μὲν οὖν ἐς τὴν διάλυσιν τῶν σπονδῶν ὥρμηντο, ἀλλὰ τὸ ἐκ Βελισαρίου δέος αὐτοὺς B

19. ἐς τὸ L. Aberat τό.

fratres principum, quibus ipsi obtemperant. Neque ulla re, nisi hostis vicini metu, in pace continentur. Iam qua ratione foedus icerint cum Belisario, idemque violarint, expediam. Cum esset opinio venturam in Africam Augusti classem, sibi inde timentes Mauri, fatidicas mulieres consuluerunt. Quippe viris nefas est apud illos vaticinari, sed feminae, peractis quibusdam sacris, afflatae spiritu, futura pandunt, nihilo secius quam antiqua oracula. Tum demum scitantibus responderunt, *Ex aquis exercitum, Vandalorum excidium, Maurorum cladem ac perniciem affore, quando cum Romanis dux imberbis venisset.* Quo Mauri audito, ubi Imperatoris exercitum mari erumpentem videre, perterriti, societatem Vandalis renuntiarunt, ac pace per oratores, quemadmodum supra dixi, sancita cum Belisario, nihil movere, exitus expectatione suspensi. Accisis Vandalorum rebus, destinant ad Rom. exercitum, qui explorent, sitne dux aliquis inter eos imberbis. Postquam omnes bene barbatos animadverterunt, non instans, sed aliud post aetates multas secuturum tempus vaticinio designari putarunt, ex sua illud sententia interpretantes. Statim inito foederis scindendi consilio, nihil eos aliud tenuit, nisi terror nominis

διεκώλυεν. οὐ γάρ ποτε τῷ πολέμῳ Ῥωμαίων περιέσεσθαι, παρόντος γε αὐτοῦ, ἐν ἐλπίδι εἶχον. ὡς δὲ τὴν ἄφοδον αὐτοῦ ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς αὐτοῦ καὶ δορυφόροις ποιεῖσθαι ἤκουσαν, ἤδη τε τὰς ναῦς ὑπ' αὐτῶν τε καὶ Βανδίλων πληροῦσθαι ἐπύθοντο, τὰ ὅπλα ἐξαπιναίως ἀράμενοι ἅπασαν κακοῦ ἰδέαν ἐς τοὺς Λίβυας ἐπεδείξαντο. οἱ γὰρ στρατιῶται ὀλίγοι τε ἐν ἑκάστῃ ἐσχατιᾶς χώρᾳ καὶ ἔτι ἀπαράσκευοι ὄντες, καταθέουσιν οὐκ ἂν εἶχον πανταχόσε τοῖς βαρβάροις ἀνθίστασθαι, οὐδὲ τὰς ἐπεκδρομὰς συχνάς τε καὶ οὐκ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς γινομένας διακωλύσειν. ἀλλ'
C ἄνδρες μὲν οὐδενὶ κόσμῳ ἐκτείνοντο, γυναῖκες δὲ ξὺν παισὶν ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγίνοντο, τά τε χρήματα ἐκ πάσης ἐσχατιᾶς ἤγετο καὶ φυγῆς ἡ χώρα ξύμπασα ὑπεπίμπλατο. ταῦτα Βελισαρίῳ ἤδη που ἀναγομένῳ ἠγγέλλετο. καὶ αὐτὸς μὲν ἀναστρέφειν οὐκέτι εἶχε, Σολόμωνι δὲ διέπειν τὸ Λιβύης κράτος παρείχετο, ἀπολέξας τῶν ὑπασπιστῶν καὶ δορυφόρων τῶν αὐτοῦ μέρος πλεῖστον· ὥστε Σολόμωνι ἑπομένους Μαυρουσίων ὅτι τάχιστα τοὺς ἐπαναστάντας τῆς ἐς Ῥωμαίους ἀδικίας ξὺν προθυμίᾳ πολλῇ τίσασθαι. καὶ βασιλεὺς δὲ στρατιὰν ἄλλην Σολόμωνι ἔπεμψε,
D ξὺν Θεοδώρῳ τε τῷ ἐκ Καππαδοκίας καὶ Ἰλδίγερι· ὃς δὴ Ἀντωνίνης γαμβρὸς τῆς Βελισαρίου γυναικὸς ἦν. ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐπὶ Λιβύης χωρίων τοὺς φόρους οὐκέτι ἦν ἐν γραμματείοις τεταγμένους εὑρεῖν, ἧπερ αὐτοὺς ἀπεγράψαντο ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥω-

7. ἂν εἶχον PHm. ἀντεῖχον HL. 12. ὑπεπίμπλατο] ὑπεμπίπλατο L. 15. ἀπολέξας τῶν] ἀπολέξας καὶ τῶν HL. *ibid.* καὶ δορ.] τε δορ. HL: illud Hoeschelius in annot. *ibid.* αὐτοῦ] αὑτοῦ P.

Belisarii: quo praesente, non sperabant fore unquam ut Romanis bello superiores evaderent. At ubi ipsum cum scutariis atque hastatis protectoribus suis discedere, iisque iam ac Vandalis impleri naves audierunt, sumptis improviso armis, omnes nocendi artes in Afros exercuere. Milites enim, cum ad limites singulos et pauci essent, et imparati, impares quoque erant inhibendis frequentibus ac furtivis excursionibus, quibus omnia Barbari infesta habebant. Viri foedissime mactabantur, feminae cum parvulis abstrahebantur in servitutem; limitanea quaeque regio praedae erat: ubique fuga ac trepidatio. De his factus certior Belisarius, cum iam oram solveret, neque esset integrum regredi, Salomoni regendam Africam tradidit, delectuque habito, partem maximam Praetorianorum suorum reliquit; ut, eo duce, quamprimum magno animo ultum irent nefaria in Romanos ausa Maurorum rebellium. Salomoni Imperator alias misit copias cum Theodoro Cappadoce, et Ildigere, genero Antoninae uxoris Belisarii. Et quoniam vectigalia iam in literis et codicibus rationariis reperiri non poterant, prout olim perscripta fuerant a Romanis;

μαῖοι, ἅτε Γιζερίχου ἀναχαιτίσαντός τε καὶ διαφθείραντος κατ᾽
ἀρχὰς ἅπαντας, Τρύφων τε καὶ Εὐστράτιος πρὸς βασιλέως ἐστά-
λησαν, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς φόρους αὐτοῖς τάξουσι κατὰ λόγον ἑκάστῳ.
οἳ δὴ οὐ μέτριοι Λίβυσιν οὐδὲ φορητοὶ ἔδοξαν εἶναι.

θ΄. Βελισάριος δὲ ἅμα Γελίμερί τε καὶ Βανδίλοις ἐς Βυ- P 255
ζάντιον ἀφικόμενος γερῶν ἠξιώθη, ἃ δὴ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥω-
μαίων στρατηγοῖς τοῖς νίκας τὰς μεγίστας καὶ λόγου πολλοῦ ἀξίας
ἀναδησαμένοις διετετάχατο. χρόνος δὲ ἀμφὶ ἐνιαυτοὺς ἑξακοσίους
παρῳχήκει ἤδη ἐξ ὅτου ἐς ταῦτα τὰ γέρα οὐδεὶς ἐληλύθει, ὅτι
μὴ Τίτος τε καὶ Τραϊανὸς, καὶ ὅσοι ἄλλοι αὐτοκράτορες στρα-
τηγήσαντες ἐπί τι βαρβαρικὸν ἔθνος ἐνίκησαν. τά τε γὰρ λά- H 134
φυρα ἐνδεικνύμενος καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἀνδράποδα ἐν μέσῃ πόλει
ἐπόμπευσεν, ὃν δὴ θρίαμβον ἐκάλουν Ῥωμαῖοι, οὐ τῷ παλαιῷ B
μέντοι τρόπῳ, ἀλλὰ πεζῇ βαδίζων ἐκ τῆς οἰκίας τῆς αὑτοῦ ἄχρι
ἐς τὸν ἱππόδρομον· κἀνταῦθα [ἐκ Βανδίλων] αὖθις ἕως ἐς τὸν
χῶρον ἀφίκετο, οὗ δὴ ὁ θρόνος ὁ βασίλειός ἐστιν. ἦν δὲ λά-
φυρα μὲν ὅσα δὴ ὑπουργίᾳ τῇ βασιλέως ἀνεῖσθαι εἰώθει, θρό-
νοι τε χρυσοῖ καὶ ὀχήματα, οἷς δὴ τὴν βασιλέως γυναῖκα ὀχεῖσθαι
νόμος, καὶ κόσμος πολὺς ἐκ λίθων ἐντίμων συγκείμενος, ἐκπώ-
ματά τε χρυσᾶ, καὶ τὰ ἄλλα ξύμπαντα ὅσα ἐς τὴν βασιλέως θοί-
νην χρήσιμα. ἦν δὲ καὶ ἄργυρος ἕλκων μυριάδας ταλάντων πολ-
λὰς καὶ πάντων τῶν βασιλικῶν κειμηλίων πάμπολύ τι χρῆμα V 399
(ἅτε Γιζερίχου τὸ ἐν Ῥώμῃ σεσυληκότος παλάτιον, ὥσπερ ἐν τοῖς C

14. ἐκ τῆς — Βανδίλων om. L. *ibid.* αὑτοῦ] αὐτοῦ P. 15. κἀνταῦθα] κἀντεῦθεν Grotius. *ibid.* ἐκ Βανδίλων delet Grotius et om. RV. ἐκ βαλβίδων Maltretus.

quippe illa suppresserat ipso regni sui initio Gizericus, et omnino sustulerat; Tryphonem atque Eustratium Augustus misit, cuique tributum descripturos proportione; quod Afris immodicum et intolerabile visum est.

(id loco nomen erat) cum inde postridie movissent, progressi sunt. Romani pars exercitus illis obviam facta, improviso impetu Mauris cladem non levem attulit. Eos Gontharis in castra quamprimum revocat, obiurgatque inconsideratam audaciam, qua rem Romanam in apertum discrimen coniicere vellent.

Interea per internuntios Cutzinam Areobindus ad proditionem occulte sollicitabat. Recepit Cutzinas, se, fervente praelio, arma in Antalam ac Mauros Byzacenos versurum. Nimirum Mauri nullam sibi invicem, nedum aliis nationibus fidem praestant. Huius consilii factus ab Areobindo particeps Gontharis, idque ne ad exitum perduceretur mora impedire cupiens, hortatus est, ne Cutzinae prius fideret, quam eius liberos obsides accepisset. Dum autem instruendis Antalae insidiis crebros per internuntios Areobindus et Cutzinas tempus consumunt, iterum Gontharis Ulitheum mittit, Antalaeque quid in ipsum paretur indicat. Is vero secum statuit, nihil Cutzinae exprobrare, neque ullum signum edere patefactae sibi molitionis: pacta etiam inter ipsum et Gontharin conventa silentio texit. Itaque ambo alienati invicem, et consiliis discrepantes, malo animo societatem gerebant, iunctisque armis ad suum quisque amicum

τοιαύτῃ μὲν γνώμῃ Κουτζίνας τε καὶ Ἀντάλας ἐπὶ Καρχηδόνα τὸν
Μαυρουσίων στρατὸν ἐπῆγον. Γόνθαρις δὲ κτεῖναι μὲν τὸν Ἀρεό-
βινδον διενοεῖτο, τὸ δὲ μὴ δοκεῖν τυραννίδος ἐπιβατεύειν, ἐν πα-
ρατάξει λάθρα τοῦτο δρᾶν ἤθελεν, ὅπως πρὸς ἑτέρων μὲν ἡ ἐπι-
βουλὴ ἐς τὸν στρατηγὸν γεγενῆσθαι δόξειεν, αὐτὸς δὲ ἀναγκα-
σθείη τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἀνελέσθαι τὴν Λιβύης ἀρχήν. ἀπάτῃ
τοίνυν τὸν Ἀρεόβινδον περιελθὼν πείθει τοῖς πολεμίοις ἐπεξελ-
θόντα ὁμόσε ἰέναι, ἤδη που Καρχηδόνος ἄγχιστα ἥκουσιν. ἐδό-
B κει γοῦν αὐτῷ τῇ ὑστεραίᾳ παντὶ τῷ στρατῷ ἐξηγήσεσθαι ἐπὶ τοὺς
πολεμίους ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι. ἀλλ᾽ Ἀρεόβινδος ἀπείρως τε λίαν
ἐς τὸ πρᾶγμα τοῦτο καὶ ὀκνηρῶς ἔχων μελλήσει ἐχρῆτο οὐδενὶ λό-
γῳ. μελετῶν τε γὰρ ὅπως ἐνδύσαιτο τὴν τῶν ὅπλων σκευὴν καὶ
τἄλλα ἐξαρτυόμενος ἐς τὴν ἔξοδον τὸν πλεῖστον τῆς ἡμέρας ἀνά-
λωσε χρόνον. διὸ δὴ τὴν παράταξιν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀποθέμε-
νος ἡσυχῇ ἔμεινε. Γόνθαρις δὲ αὐτὸν ἐξεπίτηδες τὴν μέλλησιν
πεποιῆσθαι ὑποτοπήσας, ἅτε τῶν πρασσομένων αἰσθανόμενον,
ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τόν τε φόνον τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῆς τυραννίδος
τὴν ἐπίθεσιν ἐπιτελεῖν ἔγνω.
H 428 C κϛ΄. Ἡμέρᾳ τε τῇ ἐπιγενομένῃ ἐποίει τάδε. τὰς πύλας
ἀναπετάσας, οὗ δὴ αὐτὸς φυλακὴν εἶχε, λίθους μὲν ὑπερφυεῖς
ἔνερθεν ἔθηκεν, ὡς μή τις αὐτὰς ἐπιτιθέναι εὐπετῶς δύναιτο,
ἄνδρας τε τεθωρακισμένους καὶ τὰ τόξα ἐν χερσὶν ἔχοντας ἀμφὶ
τὰς ἐπάλξεις πολλοὺς ἔστησεν, αὐτός τε τὸν θώρακα ἐνδὺς εἰστή-

12. τε γὰρ Hm. τι γὰρ HL. γὰρ P.

tendebat. Hac mente Cutzina et Antala Maurorum exercitum ad urbem Carthaginem admoventibus, Areobindi caedem Gontharis meditabatur, eamque in acie, ne qua esset species occupatae tyrannidis, ita perpetrare volebat, ut ab aliis illata Magistro militum pernicies videretur, ipse vero Africae imperium cogeretur arripere, ne id sibi Romani milites arrogarent. Igitur dolo circumveniens Areobindum, ei suadet, ut in hostes iam Carthagini proximos una secum exeat. Placet exercitum postridie primo sole in Barbarum ducere. Verum ad haec rudis segnisque Areobindus, cum tempus nulla de causa traheret, maximam diei partem in considerando quo pacto arma indueret, atque in exitu adornando contrivit. Quamobrem reiecta in diem sequentem pugna, se domi continuit. Tum ratus Gontharis eum, fraude intellecta, moras de industria nexuisse, aperte Magistrum militum e medio tollere, et tyrannidem occupare decrevit.

26. Postridie haec egit Gontharis. Reclusa porta, cuius custodiae praeerat, praegrandes lapides ad inferius limen advolvit, ne quis eam facile clauderet: ac milites loricatos arcubusque instructos magno numero ad murorum pinnas locavit: ipse lorica munitus in media porta con-

κει ἐν μέσαις ταῖς πύλαις. ἐπενόει δὲ ταῦτα οὐ Μαυρουσίων ἕνεκα, ὅπως τῇ πόλει αὐτοὺς δέξηται· ἀβέβαιοι γὰρ Μαυρούσιοι παντάπασιν ὄντες ὑπόπτως ἔχουσιν ἐς πάντας ἀνθρώπους. τοῦτό τε αὐτοῖς οὐκ ἄπο τοῦ εἰκότος γενέσθαι ξυμβαίνει· ἐπεὶ ὅστις ἄπιστος ἐς τοὺς πέλας καθέστηκε φύσει, οὐδὲ αὐτὸς πιστεύειν D
ὁτῳοῦν δύναται, ἀλλ' ὑπόπτως ἔχειν ἀναγκάζεται ἐς πάντας ἀνθρώπους ἐκ τῆς αὐτοῦ γνώμης τὸν τοῦ πέλας σταθμώμενος τρόπον. διὸ δὴ οὐδὲ Μαυρουσίους ἤλπιζε Γόνθαρις πιστεύσαντάς οἱ ἐντὸς τοῦ περιβόλου γενήσεσθαι, ἀλλ' ὅπως Ἀρεόβινδος ἐμπεσὼν ἐς μέγα τι δέος ἐς φυγήν τε εὐθὺς ὁρμηθείη καὶ κατὰ τάχος Καρχηδόνα ἀπολιπὼν ἐπὶ Βυζαντίου κομίζοιτο. καὶ ἔτυχέ P 298
γε τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας, εἰ μὴ χειμὼν μεταξὺ ἐπιγενόμενος διεκώλυσε. μαθὼν δὲ Ἀρεόβινδος τὰ ποιούμενα, τόν τε Ἀθανάσιον καὶ τῶν δοκίμων τινὰς μετεπέμπετο. παρῆν δέ οἱ καὶ Ἀρταβάνης ἐκ τοῦ στρατοπέδου τρίτος αὐτός, τῷ τε Ἀρεοβίνδῳ παρῄνει μήτε ἀναπεπτωκέναι μήτε τόλμῃ τῇ Γονθάριδος ἐνδιδόναι, ἀλλ' αὐτίκα μάλα ἐπ' αὐτὸν ὁμοῦ ξὺν πᾶσι τοῖς οἱ ἑπομένοις βάντα ἔργου ἔχεσθαι, πρίν τι περαιτέρω γεγονέναι κακόν. τὰ μὲν οὖν πρῶτα πέμψας Ἀρεόβινδος παρὰ Γόνθαριν τῶν ἐπιτηδείων τινά, Φρέδαν ὄνομα, ἐκέλευεν ἀποπειρᾶσθαι τῆς αὐτοῦ γνώμης. ἐπεὶ δὲ ὁ Φρέδας ἐπανήκων οὐδαμῇ ἀπαρνεῖσθαι Γόνθαριν τὴν τυραννίδα ἐσήγγελλεν, ἤδη ἐπ' αὐτὸν ὡς ἐς μάχην B
ἰέναι διενοεῖτο.

4. ἄπο L. ἀπὸ P. 7. αὐτοῦ] αὑτοῦ L. 12. γε] τε P. 18. βάντα L. ἰόντα P.

stitit. Id vero consilium cepit non Maurorum causa, quo videlicet in urbem eos acciperet: etenim Mauri, quoniam fidem penitus exuerunt, omnes suspectos habent, pro indole ac natura vitii; siquidem ut quisque est infido in vicinos ingenio, ita fidere cuiquam nequit; sed male de omnibus suspicari necesse habet, vicini ingenium suo metiens. Quare non sperabat Gontharis fore ut Mauri, ipsius fidem secuti, urbem intrarent: verum hoc agebat, ut Areobindus animo consternatus, fugae statim se commendaret, ac praeponere relicta Carthagine, Byzantium peteret. Neque illum fefellisset consilium, nisi impedimento fuisset, quae hoc interim spatio orta est in mari tempestas. Quid tum ageretur certior factus Areobindus, Athanasium accit et quosdam ex optimatibus. Reversus e castris affuit Artabanes, ipse tertius, et Areobindum hortatus est, ne animo concideret, neque audaciae Gontharidis manus daret: at sine mora cum illis, qui adessent, eum adoriretur, priusquam pestis ulterius serperet. Ac primum quidem Areobindus Phredam familiarem suum ad Gontharin misit, eiusque animum tentare iussit. Ubi vero reversus Phredas tyrannidem profiteri Gontharin renuntiavit, tum demum statuit illum invadere.

H 159 Ἐν τούτῳ δὲ Γόνθαρις Ἀρεόβινδον ἐς τοὺς στρατιώτας διέ-
βαλλεν, ὡς ἄνανδρός τε εἴη καὶ ἅμα μὲν δέει ἐς τοὺς πολεμίους
ἐχόμενος, ἅμα δὲ τὰς συντάξεις σφίσιν ὡς ἥκιστα ἐθέλων διδό-
ναι, δρασμόν τε ξὺν Ἀθανασίῳ βουλεύεται, καὶ αὐτίκα ἐκ Μαν-
δρακίου ἀποπλεῖν μέλλουσιν, ὅπως οἱ στρατιῶται λιμῷ τε καὶ
Μαυρουσίοις διαφθείρωνται μαχόμενοι, ἐπυνθάνετό τε εἴπερ
αὐτοῖς βουλομένοις εἴη ἄμφω ξυλλαβοῦσιν ἐν φυλακῇ ἔχειν. οὕτω
γὰρ ἤλπιζε τὸν Ἀρεόβινδον ἢ τοῦ θορύβου ᾐσθημένον φυγῇ χρή-
σεσθαι, ἢ καταληφθέντα πρὸς τῶν στρατιωτῶν διαφθαρήσεσθαι
C οὐδενὶ λόγῳ. χρήματα μὲν αὐτὸς ὡμολόγει τοῖς στρατιώταις
προΐεσθαι ὅσαπερ αὐτοῖς τὸ δημόσιον ὦφλε. καὶ οἱ μὲν τούς τε
λόγους ἐνεδέχοντο, μεταξὺ δὲ Ἀρεόβινδος ξύν τε Ἀρταβάνῃ καὶ
τοῖς ἑπομένοις ἐνταῦθα ἀφίκετο. καὶ γίνεται μάχη ἔν τε ταῖς
ἐπάλξεσι καὶ κάτω ἀμφὶ τὰς πύλας, οὗ Γόνθαρις εἱστήκει, ἐν
ᾗ οὐδέτεροι τὸ ἔλασσον ἔσχον. ἔμελλόν τε ξυλλεγόμενοι ἐκ τῶν
στρατοπέδων, ὅσοι βασιλεῖ εὐνοϊκῶς εἶχον, τοὺς στασιώτας κατὰ
κράτος ἑλεῖν. οὐ γὰρ ἅπαντας ὁ Γόνθαρίς πω ἐξηπατήκει, ἀλλ'
οἱ πλεῖστοι ἔτι ταῖς γνώμαις ἀκραιφνεῖς ἔμενον. Ἀρεόβινδος δὲ
τότε πρῶτον ἄνδρας κτεινομένους ἰδὼν (οὐ γάρ πω ἐθὰς τοῦ
D θεάματος τούτου ἐτύγχανεν ὤν) κατεπλάγη τε καὶ ἀποδειλιάσας,
οὐκ ἐνεγκών τε τὰ ὁρώμενα φεύγει. ἔστι δέ τις ἐντὸς τοῦ περι-
βόλου Καρχηδόνος νεὼς πρὸς τῇ τῆς θαλάσσης ἀκτῇ, οὗ δὴ ἄν-

12. ἐνεδέχοντο L. ἀνεδέχοντο P. 16. στασιώτας] στρατιώτας AHL. Conf. ad p. 273 b. 18. ἔτι om. L.

Inter haec non cessabat Gontharis Areobindum traducere apud milites, et insimulare ignaviae, ac dictitare, eum hostium adventu territum, incensumque cupiditate stipendia retinendi, moliri fugam cum Athanasio, ambos quamprimum e portu Mandracio soluturos, ut milites cum Mauris et fame pugnantes perire sinerent. Rogavit etiam, placeretne utrumque comprehendere, et tradere in custodiam? Qua ratione factum iri sperabat, ut Areobindus vel tumultu audito fugeret, vel a militibus captus temere occideretur. Caeterum recipiebat, se omnia, quaecunque aerarium ipsis deberet, stipendia soluturum. Dum illi dicta comprobant, ecce adest cum Artabane suorumque agmine Areobindus: ad murorum pinnas, et infra, ad portam, quam obsederat Gontharis, pugna committitur. Neutro propendebat victoria; iamque e castris confluentes, quicunque Imperatori studebant, expugnare seditiosos parabant (nondum enim Gontharis omnium animos errore perverterat; sed mente adhuc integra solidaque plerique stabant) cum Areobindus, tum primum fieri caedem hominum videns, necdum spectaculis eiusmodi assuetus, expavit, trepidansque, nec talia intueri sustinens, se in fugam dedit. Intra muros Cartha-

δρες οἰκοῦσιν, οἷς τὰ ἐς τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἤσκηται· μοναχοὺς καλεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἀεὶ νενομίκαμεν· τοῦτον Σολόμων δειμάμενος τὸν νεὼν οὐ πολλῷ πρότερον τειχίσματί τε περιβαλὼν φρούριον ἐχυρώτατον κατεστήσατο. ἐνταῦθα καταφυγὼν Ἀρεό- V 429 βινδος ἐσεπήδησεν, ἔνθα τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐτύγχανε πέμψας. τότε καὶ Ἀρταβάνης ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ οἱ λοιποὶ ξύμπαντες ἐνθένδε ἀνεχώρουν ὡς ἕκαστός πη ἐδύνατο. Γόνθα- P 299 ρις δὲ κατὰ κράτος νενικηκὼς ξὺν τοῖς στρατιώταις τὸ παλάτιον ἔσχε, καὶ τάς τε πύλας τόν τε λιμένα ἐνδελεχέστατα ἤδη ἐφύλασσε. πρῶτα μὲν οὖν τὸν Ἀθανάσιον μετεπέμπετο, καὶ ὃς αὐτῷ οὐδὲν μελλήσας ἦλθε. θωπείᾳ τε πολλῇ χρώμενος δόκησιν παρείχετο ὡς αὐτῷ ὅτι μάλιστα ἡ πρᾶξις ἀρέσκοι. ἔπειτα δὲ τὸν τῆς πόλεως ἱερέα πέμψας, Ἀρεόβινδον ἐκέλευε τὰ πιστὰ λαβόντα ἐς παλάτιον ἥκειν, ἀπειλήσας πολιορκήσειν τε ἀπειθήσαντα καὶ μηκέτι αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τὰ πιστὰ δώσειν, ἀλλὰ πάσῃ μηχανῇ ἐξελὼν κτείνειν. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ὁ Ῥεπάρατος ἰσχυρί- B ζετο Γονθάριδος γνώμῃ τῷ Ἀρεοβίνδῳ ὀμεῖσθαι, μηδὲν αὐτῷ ἄχαρι πρὸς ἐκείνου ξυμβήσεσθαι φράσας, καὶ οἷα μὴ πειθομένῳ τῷ ἀνθρώπῳ ἠπείλησε. δείσας δὲ Ἀρεόβινδος ὡμολόγησεν αὐτίκα τῷ ἱερεῖ ἕψεσθαι, ἣν τὸ θεῖον λουτρὸν ἱερουργήσας, ᾗπερ εἴθισται, εἶτα πρὸς αὐτοῦ οἱ ἐπομοσάμενος ἀμφὶ τῇ σωτηρίᾳ τὰ πιστὰ δοίη. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς κατὰ ταῦτα ἐποίει. Ἀρεόβινδος δὲ οὐδέν τι μελλήσας αὐτῷ εἵπετο, ἱμάτιον ἀμπεχόμενος οὔτε

8. στρατιώταις] στασιώταις Pm. 9. ἐφύλασσε] ἐφύλαττε L.
20. λουτρὸν] λύτρον H. λῦτρον L. λουτρὸν Hm.

ginis templum est ad maris littus, ubi degunt viri in divino cultu exercitatissimi, quos monachos vocare suevimus. Id Salomon paulo ante posuerat, itaque muro cinxerat, ut propugnaculi validissimi vicem praeberet. Eo perfugit seque intulit Areobindus, quo et coniugem et sororem praemiserat. Artabanes quoque evasit: caeteri, qua quisque potuit, elapsi sunt. Gontharis plenam adeptus victoriam, cum factiosis palatium occupavit, optimasque custodias ad portas et portum disposuit. Tum priorem acciit Athanasium: qui actutum affuit, et scite blandiens, composita specie persuasit, maxime sibi probari facta. Deinde per urbis antistitem denuntiat Areobindo, uti in palatium veniat, accepta fide: renuenti obsidionem minatur, nec se fide publica cauturum ipsius saluti, sed machinis omnibus expugnato mortem illaturum. Reparatus (id antistiti nomen erat) asseveranter dixit Areobindo, iurare se Gontharidis nomine, ipsum ab eo nulla molestia affectum iri, rursus quid ille non obsequenti minatus esset exposuit. Territus Areobindus spopondit praesuli, se continuo venturum, si ipse divino rite operatus lavacro,

στρατηγῷ οὔτε ἄλλῳ στρατευομένῳ ἀνδρὶ ἐπιτηδείως ἔχον, ἀλλὰ
C δούλῳ ἢ ἰδιώτῃ παντάπασι πρέπον, κασοῦλαν αὐτὸ τῇ Λατίνων φωνῇ καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ἐπειδή τε ἀγχοῦ τοῦ παλατίου ἐγένετο, τὰ θεῖα ἐν χερσὶ λόγια παρὰ τοῦ ἱερέως λαβὼν τῷ Γονθάριδι ἐς ὄψιν ἦλθε. πρηνής τε πεσὼν χρόνον πολὺν αὐτοῦ ἔκειτο, τὴν ἱκετηρίαν αὐτῷ τά τε θεῖα λόγια προτεινόμενος καὶ τὸ παιδίον, ὅπερ τοῦ θείου λουτροῦ ἀξιωθὲν ἔτυχεν, ἐφ' οὗ οἱ τὴν πίστιν ὁ ἱερεύς, ὥσπερ μοι ἐρρήθη, παρέσχετο. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἐξανέστησεν ὁ Γόνθαρις μόλις, πρὸς τῶν ἱερῶν ἁπάντων ἀνεπυνθάνετο τοῦ Γονθάριδος, εἴ οἱ τὰ τῆς σωτηρίας ἐν ἀσφαλεῖ κεῖται. καὶ ὃς θαρσεῖν αὐτὸν ἰσχυρότατα ἤδη ἐκέλευεν· οὐδὲν γὰρ ἄχαρι
D πρὸς αὐτοῦ πείσεσθαι, ἀλλὰ τῇ ὑστεραίᾳ ξύν τε τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς χρήμασιν ἐκ Καρχηδόνος οἰχήσεσθαι. εἶτα τὸν ἱερέα Ῥεπάρατον ἀποπεμψάμενος, Ἀρεόβινδόν τε καὶ Ἀθανάσιον δειπνεῖν ξὺν αὐτῷ ἐν τῷ παλατίῳ ἐκέλευε. καὶ δειπνοῦντα μὲν τὸν Ἀρεόβινδον ἐτίμα· πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τῆς στιβάδος κατέκλινε, δειπνήσαντα δὲ οὐ μεθῆκεν, ἀλλὰ καθεύδειν ἐν τῷ κοιτῶνι μόνον
H 160 ἠνάγκαζεν· οὗ δὴ τὸν Οὐλίθεον ξὺν ἑτέροις τισὶν ἐπ' αὐτὸν ἔπεμψεν. οἵπερ αὐτὸν κωκύοντά τε καὶ ὀλολυγαῖς συχναῖς χρώμενον πολλά τε πρὸς ἔλεον ἐπαγωγὰ φθεγγόμενον ἐς αὐτοὺς κτείνουσιν. Ἀθανασίου μέντοι ἐφείσαντο, τὸ γῆρας, οἶμαι, τοῦ ἀνθρώπου ὑπεριδόντες.

9. πρὸς Scaliger. Libri παρά. ibid. ἱερῶν P cum Scaligero. ἱερέων HL. 17. δειπνήσαντα δὲ] δὲ om. L. 19. συχναῖς] συχνοὺς L.

per id iuraret, ac fidem faceret promissae incolumitatis. Hoc a praesule consecutus, omni abiecta cunctatione, se illi comitem dedit, non Praetoria nec militari veste indutus, sed famulo vel privato homini plane propria, quam Romani casulam Latine vocant. Prope palatium sacro e manu antistitis accepto codice, Gontharidi sese obtulit, et provolutus diu iacuit, supplicibus protendens manibus sacrum codicem et lustratum baptismo puerum, per quem praesul, ut dixi, fidem ipsi dederat. Vix tandem erectus, Gontharin per sacra omnia obtestans rogat, num salus in tuto sit? Ille bono animo esse iubet, postridie cum uxore et pecunia Carthagine discessurum incolumem. Tum dimisso Reparato antistite, Areobindum et Athanasium in palatio coenae adhibuit. Ac coenanti quidem Areobindo honorem deferens, ei primum concessit in accubito locum: coenatum autem detinuit, coegitque solum quiescere in cubiculo: quo postea Ulitheum immisit cum nonnullis aliis, qui illum plorantem eiulantemque, et miserabiliter deprecantem obtruncarunt. Abstinuere manus ab Athanasio, senectuti hominis, ut equidem interpretor, per contemptum parcentes.

κζʹ. Τῇ δὲ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ τὴν μὲν Ἀρεοβίνδου κεφαλὴν P 300 παρὰ τὸν Ἀντάλαν ὁ Γόνθαρις ἔπεμψε, τὰ δὲ χρήματα καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτὸν ἀποστερεῖν ἔγνω. Ἀντάλας τοίνυν, ὅτι τέ οἱ τῶν ξυγκειμένων οὐδὲν ἐπετέλει, δεινὰ ἐποιεῖτο, καὶ τὰ ὀμωμοσμένα τῷ Γονθάριδι ἐς τὸν Ἀρεόβινδον ἐννοῶν ἤσχαλλεν. οὐ γάρ οἱ ἐδόκει ὁ τοιούτους ὅρκους ἠδικηκὼς οὔτε αὐτῷ ποτε οὔτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν πιστὸς ἔσεσθαι. πολλὰ γοῦν ἐν αὑτῷ λογισάμενος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ προσχωρεῖν ἤθελε· διὸ δὴ ὀπίσω ἀπήλαυνε. γνούς τε Μαρκέντιον, ὃς τῶν ἐν Βυζακίῳ καταλόγων ἦρχεν, ἐς νῆσόν τινα τῶν ταύτῃ ἐπικειμένων καταφυγεῖν, πέμψας παρ' B αὐτὸν, φράσας τε τὸν πάντα λόγον καὶ τὰ πιστὰ δοὺς, τὸν ἄνθρωπον ἐπηγάγετο. Μαρκέντιος μὲν ἔμενε ξὺν τῷ Ἀντάλᾳ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, στρατιῶται δὲ, ὅσοι ἐν Βυζακίῳ διατριβὴν εἶχον, εὐνοϊκῶς βασιλεῖ ἔχοντες, Ἀδραμητὸν πόλιν ἐφύλασσον. οἱ δὲ V 430 τοῦ Στότζα στρατιῶται, οὐχ ἧσσους ἢ χίλιοι ὄντες, αἰσθόμενοι τῶν ποιουμένων, Ἰωάννου σφίσιν ἡγουμένου, παρὰ τὸν Γόνθαριν ἐχώρησαν δρόμῳ. καὶ ὃς αὐτοὺς ἀσμένως τῇ πόλει ἐδέξατο. ἦσαν δὲ Ῥωμαῖοι μὲν πεντακόσιοι, Οὖννοι δὲ ὀγδοήκοντα μάλιστα, οἱ δὲ λοιποὶ Βανδίλοι ἅπαντες. καὶ Ἀρταβάνης τὰ πιστὰ C λαβὼν ἔς τε τὸ παλάτιον ξὺν τοῖς Ἀρμενίοις ἀνέβη καὶ τῷ τυράννῳ ὑπηρετήσειν ἐπιτάττοντι ὡμολόγησε. λάθρα δὲ ἀνελεῖν τὸν Γόνθαριν ἐβουλεύετο, Γρηγορίῳ τε τῷ ἀνεψιῷ καὶ Ἀρτασίρῃ τῷ

1. ἐπιγενομένῃ] ἐπιγινομένῃ L. 4. καὶ τὰ] Vulgo καὶ τά τε. 6. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 19. Βανδίλοι] βάνδαλοι L.

27. Postera die Gontharis Areobindi caput ad Antalam misit, pecuniam militesque retinuit. Pactis inanibus offensus Antalas, ac iurisiurandi gravitatem perpendens, quo Gontharis Areobindo fidem obstrinxerat, angebatur animo. Neque enim secum vel cum alio quopiam fidem unquam ab eo servatum iri putabat, qui contra tale iuramentum venisset. Re multum cogitata, se ad Iustiniani Aug. causam adiungere statuit, ideoque retro abscessit, et cum Marcentio Byzaceni praesidii duce, quem in adiacentem insulam se recepisse cognoverat, per nuntium communicato plane consilio, ipsum ascivit, interposita fide. Agente Marcentio cum Antala in castris, stantes ab Imperatore omnes Byzacii milites stationarii Adrumetum custodiebant. Stoziani vero, haud minus mille, cognitis quae agebantur, Ioanne duce, accurrerunt ad Gontharin; qui lubens in urbem eos accepit. Quingenti Romani erant; Hunni octoginta; caeteri Vandali. Artabanes in palatium fide publica ascendit: ubi obsequium tyranno pollicitus, clam eius caedem moliri coepit, Gregorio fratris sui filio et Artasire Praetoriano adhibitis in consilium. Ad id Gre-

δορυφόρῳ κοινολογησάμενος τὸ βούλευμα τοῦτο. Γρηγόριος δὲ
αὐτὸν ἐς τὴν πρᾶξιν ἐνάγων ἔλεξε τοιάδε „Ἀρταβάνη, νῦν σοι
πάρεστι μόνῳ τὸ Βελισαρίου ἀναδήσασθαι κλέος, μᾶλλον δὲ αὐτὸ
καὶ πολλῷ ἔτι ὑπερβάλλεσθαι. ὁ μέν γε στρατιὰν ἀξιολογωτάτην
καὶ χρήματα μεγάλα παρὰ βασιλέως λαβὼν ἐνταῦθα ἧκεν, ἄρ-
χοντας μὲν ἔχων τούς οἱ ἑπομένους καὶ ξυμβούλους πολλούς,
στόλον δὲ νηῶν οἷον οὔπω ἡμεῖς ἀκοῇ ἴσμεν, ἵππον δὲ πολλὴν
καὶ ὅπλα καὶ τὰ ἄλλα ἁπλῶς εἰπεῖν ἐπαξίως οἱ παρεσκευασμένα
D τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. οὕτω τε πόνῳ πολλῷ διεσώσατο Λιβύην
Ῥωμαίοις. ἅπερ ἅπαντα οὕτως ἀπόλωλεν ὥστε, εἰ μηδὲ τὴν
ἀρχὴν ἐγεγόνει, ἔν γε τῷ παρόντι ἐν ἴσῳ εἶναι· πλήν γε δὴ ὅτι
ἀποκέκριται Ῥωμαίοις τανῦν ἐκ τῆς Βελισαρίου νίκης τοῖς τε σώ-
μασι καὶ χρήμασιν ἐζημιῶσθαι, καὶ πρός γε τὸ μὴ φυλάξαι τἀ-
γαθὰ δυνατοῖς γεγονέναι. τὸ δὲ πάντα ταῦτα ἀνασώσασθαι τα-
P 301 νῦν βασιλεῖ ἐν τῇ σῇ μόνῃ ψυχῇ καὶ γνώμῃ καὶ δεξιᾷ κεῖται.
οὐκοῦν ἐκλογίζου μὲν ὡς εἶ Ἀρσακίδης ἀνέκαθεν γένος, ἐνθυμοῦ
δὲ ὡς τοῖς εὖ γεγονόσι ἀνδραγαθίζεσθαι μὲν ἀεί τε καὶ πανταχοῦ
πρέπει. πολλὰ γοῦν σοι ἔργα ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας θαυμαστὰ
πέπρακται. Ἀκάκιον γάρ, νέος ὢν ἔτι, τὸν Ἀρμενίων ἄρχοντα,
καὶ Σίτταν τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἔκτεινας, καὶ ἀπ' αὐτοῦ
Χοσρόῃ βασιλεῖ γνώριμος γεγονὼς ξὺν αὐτῷ ἐπὶ Ῥωμαίους ἐστρά-
τευσας. ἐπεὶ δὲ τηλικόσδε εἶ, ὡς σὸν εἶναι μὴ περιορᾶν τὴν

4. ὑπερβάλλεσθαι] ὑπερβαλλέσθαι L. 9. „διεσώσατο Reg." Malt. Sic ALHm. ἀνεσώσατο HP. 13. γε add. L. 20. τὸν Ῥωμαίων] τῶν ῥωμαίων L.

gorius his fere verbis ipsum hortatus est. *Iam tibi uni, Artabanes, consequi licet gloriam ei parem, quam retulit Belisarius, immo vero longe maiorem. Etenim huc ille venit cum exercitu florentissimo, pecunia ab Imperatore multa instructus. Secum duces habebat, et consiliarios plurimos, et classem, qualem nunquam extitisse fama accepimus, et numerosum equitatum, et arma, denique, ut omnia uno verbo complectar, dignum Rom. Imperio apparatum. Ac ne sic quidem, nisi labore magno, Romanis Africam recuperavit. Quae omnia ita collapsa sunt, ut perinde se habeant in praesenti, ac si nunquam fuissent; nisi quod Belisarii victoria Romanos eo redegit, ut, viris pecuniisque amissis, tueri iam sua nequeant. Totum hoc, quidquid est, ut in ditionem Augusti redeat, in animo, consilio, dextera tua una positum est. Memor generis, quod ducis ab Arsace, tecum reputa, virorum esse nobilium usque et ubique sese gerere fortiter. Multa ipse, eaque admiranda, pro libertate facinora edidisti. Nam adhuc iuvenis Acacium Armeniae Proconsulem, et Sittam Romanae militiae Magistrum sustulisti de medio: unde notus dilectusque Chosroi Regi, cum ipso intulisti bellum Romanis. Quandoquidem tantus*

Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑπὸ κυνὶ μεθύοντι κεῖσθαι, ἐνδείκνυσο τανῦν ὡς εὐγενείᾳ τε καὶ ψυχῆς ἀρετῇ ἐκεῖνα, ὦ 'γαθέ, τὰ πρόσθεν εἰργάσω· ἐγὼ δέ σοι καὶ Ἀρτασίρης ὅδε ἅπαντα ἐπιτάττοντι ὅση δύναμις ὑπουργήσομεν." Γρηγόριος μὲν τοσαῦτα εἶπεν· Ἀρτα- B βάνου δὲ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸν τύραννον ἔτι μᾶλλον ὥρμησεν.

Ὁ δὲ Γόνθαρις Ἀρεοβίνδου μὲν τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκ τοῦ φρουρίου ἐξαγαγὼν ἐπί τινος οἰκίας ἠνάγκασε μένειν, οὔτε τι ὑβρίσας λόγῳ ἢ ἔργῳ ὁτῳοῦν ἐς αὐτὰς οὔτε τὰ ἐπιτήδεια ἐνδεεστέρως ἢ κατὰ τὴν χρείαν ἐχούσας οὔτε τι ἄλλο βιασθείσας εἰπεῖν ἢ πρᾶξαι, πλήν γε δὴ ὅτι γράψαι πρὸς τὸν θεῖον ἡ Πρεϊέκτα ἠνάγκαστο ὡς Γόνθαρις μὲν αὐτάς τε τιμῴη ἐς ἄγαν καὶ καθαρὸς εἴη παντάπασι τοῦ τἀνδρὸς φόνου, Οὐλιθέῳ δὲ τὸ C κακὸν ἐργασθείη, Γονθάριδος οὐδαμῇ ἐπαινοῦντος. ἔπρασσε δὲ ταῦτα ὁ Γόνθαρις Πασιφίλῳ ἀναπεισθείς, ἀνδρὶ γεγονότι μὲν τῶν ἐν Βυζακίῳ στασιωτῶν πρώτῳ, συναραμένῳ δὲ αὐτῷ μά- H 161 λιστα ἐς τὴν τῆς τυραννίδος ἐπίθεσιν. ἰσχυρίζετο γὰρ ὁ Πασίφιλος, ἢν ταῦτα ποιοίη, ξυνοικιεῖν τε αὐτῷ βασιλέα τὴν κόρην καὶ προῖκα τὸ ξυγγενὲς ἐπιδώσειν χρημάτων μεγάλων. Ἀρταβάνην τε τῷ στρατῷ ἐξηγεῖσθαι ἐπί τε Ἀντάλαν καὶ Μαυρουσίους τοὺς ἐν Βυζακίῳ ἐκέλευε. Κουτζίνας τε, ἅτε τῷ Ἀντάλᾳ προσκε-

8. οὔτε ter] οὐδὲ ter P. *ibid.* ἢ ἔργῳ om. L. 11. Πρεϊέκτα] πρεῖσκα HL: illud Hm. *ibid.* τιμῴη] τιμῶν HL. τιμῴη L corr. Hm. 12. τἀνδρὸς HL. ἀνδρὸς P. 17. βασιλέα] βασιλεία HL: illud Hm. 18. τὸ] διὰ τὸ Grotius. *ibid.* μεγάλων om. L.

es, ut tuum sit minime pati, Romanum Imperium cani temulento subiectum esse; ostende modo, vir praeclarissime, te priora illa facinora stimulis clari sanguinis ac generositatis impulsum patrasse. Ego vero, et hic Artasires, tibi quidvis imperanti pro virili parte obsecundabimus. Hac Gregorius oratione Artabanis animum acrius in tyrannum incendit.

Gontharis autem coniugi sororique Areobindi, eductis e munimento, domicilium assignavit, non committens ut illis verbo, nedum facto, illuderetur, ac cibaria necessaria subministrans; nec dicere quidquam facereve invitas compulit, nisi quod a Preiecta literas extorsit, quibus illa Iustiniano avunculo testabatur, se a Gontharide haberi perhonorifice, eumque plane purgabat de nece mariti, quippe ab Ulitheo illata, improbante Gontharide. Id agebat Gontharis auctore Pasiphilo, factiosorum Byzacenorum principe, eiusque praecipuo ad tyrannidem adiutore: cum ipsi, id si faceret, asseveraret fore ut ab Imperatore puellam in matrimonium, et a propinquis dotem luculentam acciperet. Tum Artabanem in Antalam ac Mauros Byzacenos ducere exercitum iussit. Cutzinas vero ab

κρουκῶς, ἀπέστη τε αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς καὶ Γονθάριδι προσε-
χώρησεν· ᾧ δὴ τόν τε παῖδα καὶ τὴν μητέρα ἐν ὁμήρων λόγῳ
παρέσχετο. τὸ μὲν οὖν στράτευμα ἡγουμένου Ἀρταβάνου εὐθὺς
ἐπὶ τὸν Ἀντάλαν ἐχώρει. ξυνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Ἰωάννης, ὁ τῶν
Στότζα στασιωτῶν ἄρχων, καὶ Οὐλίθεος ὁ δορυφόρος. εἵποντο
D δὲ καὶ Μαυρούσιοι, ὧν Κουτζίνας ἦρχε. πόλιν τε Ἀδραμητὸν
διαμείψαντες καταλαμβάνουσι τοὺς ἐναντίους ἐνταῦθά πη ὄντας,
καὶ στρατοπεδευσάμενοι ὀλίγῳ ἄποθεν τῶν πολεμίων ηὐλίσαντο.
τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Ἰωάννης μὲν καὶ Οὐλίθεος, μοῖράν τινα τοῦ
στρατοῦ ἔχοντες, αὐτοῦ ἔμειναν, Ἀρταβάνης δὲ καὶ Κουτζίνας
ἐπῆγον ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τὸ στράτευμα. οὓς δὴ οὐ ξυνενεγ-
κόντες οἱ ξὺν τῷ Ἀντάλᾳ Μαυρούσιοι ἐς φυγὴν ὥρμηντο. ἀλλὰ
ἐθελοκακήσας Ἀρταβάνης ἐκ τοῦ αἰφνιδίου στρέψας τὸ σημεῖον
V 431 ὀπίσω ἀπήλαυνε. διὸ δὴ Οὐλίθεος αὐτὸν ἐς τὸ στρατόπεδον
P 302 ἥκοντα κτείνειν διενοεῖτο. παραιτούμενος δὲ Ἀρταβάνης ἔφασκε
δεῖσαι μὴ Μαρκέντιος ἐξ Ἀδραμητοῦ πόλεως ἐπιβοηθήσας τοῖς
ἐναντίοις, ὅπη ἐνταῦθα ἐτύγχανεν ὤν, ἀνήκεστα σφᾶς ἔργα ἐρ-
γάσηται. ἀλλὰ τὸν Γόνθαριν χρῆναι παντὶ τῷ στρατῷ ἐπὶ τοὺς
πολεμίους ἰέναι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐβουλεύετο ἐς Ἀδραμητὸν
ἰὼν ξὺν τοῖς ἑπομένοις τῷ βασιλέως στρατῷ ἀναμίγνυσθαι. ἄμει-
νον δέ οἱ πολλὰ διαλογισαμένῳ ἔδοξεν εἶναι Γόνθαριν ἐξ ἀνθρώ-
πων ἀφανίσαντι βασιλέα τε καὶ Λιβύην πραγμάτων ἀπαλλάξαι

17. ὅπη] ὅτι Pm. *ibid.* ἐτύγχανεν] ἐτύγχανον L a pr. m.
20. ἰὼν AL. ἰδὼν P.

Antala propter offensionem ad Gontharin aperte deficiens, filium huic suum matremque obsides dedit. Contra Antalam recta contendit exercitus, ductu Artabanis, cui Ioannes Stozianorum dux se adiunxerat, cum Ulitheo Gontharidis protectore, ac Mauris Cutzinae subditis. Urbem Adrumetum praetergressi, hostem offendunt, nec procul ab eo metati, noctem traducunt. Postridie, Ioanne atque Ulitheo cum parte copiarum castra servantibus, Artabanes et Cutzinas in hostem vadunt: quorum impetum haud sustinens Antalas fugam cepit. Ardorem consulto remittens Artabanes, vexillo derepente converso, retro cessit. Quod Ulitheum adeo movit, ut de illo, post ipsius in castra reditum, interficiendo cogitaverit. Excusans factum Artabanes, veritum se dicebat, ne Marcentius Adrumeto, ubi tum erat, suppetias veniret hosti, et cladem hinc ipsi gravem acciperent: necesse esse ut Gontharis cum omnibus copiis contra hostes veniret. Initio quidem ille, Adrumetum respectans, ad Caesarianos cum suis transire meditabatur; deinde tamen, versato omnes in partes animo, satius visum est, Gontharidis caede Imperatorem et Africam ex difficillimis rebus expedire. Ergo Carthaginem reversus tyranno re-

δυσκόλων. ἀναστρέψας οὖν ἐς Καρχηδόνα τῷ τυράννῳ ἀπήγγελλεν ὅτι δὴ στρατεύματος αὐτῷ πλείονος ἐπὶ τοὺς πολεμίους B δεήσει. ὁ δὲ Πασιφίλῳ κοινολογησάμενος ἅπαντα μὲν ἐξοπλίσαι τὸν στρατὸν ἤθελεν, αὐτὸς δὲ φυλακὴν ἐν Καρχηδόνι παραστησάμενος ἐπὶ τοὺς πολεμίους τῷ στρατῷ ἐξηγήσασθαι. πολλοὺς μὲν οὖν ἐς ἑκάστην ἡμέραν ἀνῄρει, ἐς οὓς ὑποψίᾳ τινὶ λόγον οὐκ ἐχούσῃ ἐχρῆτο. τῷ δὲ Πασιφίλῳ ἐπέστελλεν, ὃν δὴ καταστήσεσθαι ἐπὶ Καρχηδόνος φυλακῇ ἔμελλε, τοὺς Γραικοὺς ἅπαντας οὐδὲν ὑπολογισαμένῳ κτεῖναι.

κη'. Τά τε ἄλλα διοικησάμενος, ὅπῃ οἱ ἐδόκει ὡς ἄριστα C ἔχειν, τοὺς ἐπιτηδείους ἑστιᾶν ἔγνω, ἡμέρᾳ τῇ ἐπιούσῃ τὴν ἔξοδον ποιησόμενος. ἔν τε οἰκήματι, οὗ δὴ στιβάδες ἐν παρασκευῇ ἦσαν ἐκ παλαιοῦ τρεῖς, τὴν θοίνην ἐποίει. αὐτὸς μὲν οὖν ἐπὶ στιβάδος κατεκλίνετο, ὡς τὸ εἰκός, τῆς πρώτης. ἔνθα δὴ καὶ Ἀθανάσιός τε καὶ Ἀρταβάνης ἦσαν, τῶν τε Γονθάριδι γνωρίμων τινές, καὶ Πέτρος Θρᾷξ μὲν γένος, δορυφόρος δὲ Σολόμωνος γενόμενος πρότερον. ἐν ἀμφοτέραις δὲ ταῖς ἄλλαις στιβάσι Βανδίλων οἱ πρῶτοί τε καὶ ἄριστοι ἦσαν. Ἰωάννην μέντοι, ὃς τῶν D Στότζα στασιωτῶν ἦρχε, Πασίφιλος ἰδίᾳ εἱστία, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος, ὅπῃ ἑκάστῳ τῶν Γονθάριδι ἐπιτηδείων φίλον ἔδοξεν εἶναι. Ἀρταβάνης τοίνυν ἡνίκα ἐπὶ ταύτην δὴ τὴν θοίνην ἐκαλεῖτο, τοῦτόν οἱ τὸν καιρὸν ἐπιτηδείως ἔχειν ἐς τὸν τοῦ τυράννου

8. ὑπολογισαμένῳ] ὑπολογησαμένῳ L. 11. ἡμέρᾳ] ὡς ἡμέρᾳ L.

nuntiat maiorem opus esse exercitum. Is deliberatione cum Pasiphilo habita, arma omnibus imperare, et, relicto in urbe praesidio, in hostem ipse copias educere decrevit. Exin complures, quos vel temere et nulla de causa suspectos habebat, interemit quotidie, et Pasiphilo, cuius fidei Carthaginem crediturus erat, iniunxit ut Graecos omnes, nulla cuiusquam habita ratione, occideret.

28. Cum caetera quoque Gontharis ex sententia composuisset, pridie quam in expeditionem exiret, statuit epulis familiares accipere. Eas autem in conclavi, quod ex longo tempore convivalibus toris tribus instructum erat, celebravit. In primo ipse, ut par erat, discubuit, unaque Athanasius, Artabanes, amici quidam Gontharidis, ac demum Petrus natione Thrax, qui Salomonis stipator fuerat. Duo reliqui Vandalorum proceribus fortissimisque assignati sunt. Ioannem Stozianorum ducem Pasiphilus convivam apud se habuit: caeteri, ubicunque Gontharidis familiaribus placuit, mensis consederunt. Simul ad eas epulas invitatus est Artabanes, id tempus tyrannicidio peropportunum esse ducens, ad exe-

φόνον οἰόμενος, τὸ βούλευμα ἐπιτελεῖν διενοεῖτο. ἐς Γρηγόριον
οὖν καὶ Ἀρτασίρην καὶ δορυφόρους ἑτέρους τρεῖς τὸ πρᾶγμα ἐξε-
νεγκὼν τοὺς μὲν δορυφόρους ξὺν τοῖς ξίφεσιν ἐκέλευσεν εἴσω γενέ-
P 303 σθαι· (ἀρχόντων γὰρ ἑστιωμένων ὄπισθεν ἑστάναι τοὺς δορυ-
φόρους νόμος) εἴσω δὲ γενομένους ἐγχειρεῖν ἄφνω, ἡνίκα ἂν
σφίσι δοκῇ ὁ καιρὸς ὡς μάλιστα ἐπιτηδείως ἔχειν, πρῶτόν τε τὸν
H 162 Ἀρτασίρην ἔργου ἔχεσθαι. τῷ δὲ Γρηγορίῳ ἐπέστελλε τῶν Ἀρ-
μενίων πολλοὺς τοὺς μάλιστα εὐτολμοτάτους ἀπολεξαμένῳ ἐς τὸ
παλάτιον ἐπαγαγέσθαι, τὰ ξίφη μόνα ἐν χερσὶ φέροντας· (ἄλλῳ
γὰρ οὐδενὶ τοὺς τοῖς ἄρχουσιν ἐν πόλει ἑπομένους ὁπλίζεσθαι θέ-
μις) τούτους τε ἐν τῷ προστώῳ ἀπολιπόντι εἴσω ξὺν τοῖς δορυ-
φόροις γενέσθαι, καὶ αὐτῶν τὸ μὲν βούλευμα μηδενὶ ἐξειπεῖν,
τοσοῦτο δὲ εἰπεῖν μόνον, ὡς ἐς τὸν Γόνθαριν ὑπόπτως ἔχοι, ἐπὶ
B πονηρῷ τῷ Ἀρταβάνους ἐς τὴν θοίνην αὐτὸν κεκληκέναι· βούλε-
σθαι τοίνυν ἑστάναι μὲν αὐτοὺς παρὰ τοὺς Γονθάριδος φύλακας,
οἵπερ ἐνταῦθα ἐπὶ φυλακῇ ἐτετάχατο, τοὺς δὲ παίζειν δόκησίν
τινα παρεχομένους τῶν μὲν ἀσπίδων, ἅσπερ ἐκεῖνοι φέρουσιν,
ἅπτεσθαι, πάλλοντας δὲ αὐτὰς καὶ ἄλλως κινοῦντας ἄνω κάτω
ἐς ἀεὶ στρέφειν· θορύβου δὲ ἢ κραυγῆς ἐντὸς γενομένης ἀραμέ-
νους τὰς ἀσπίδας αὐτὰς βοηθεῖν δρόμῳ. Ἀρταβάνης μὲν ταῦτα
ἐπήγγελλεν, ὁ δὲ Γρηγόριος ἐπιτελῆ ἐποίει. ὅ τε Ἀρτασίρης
V 432 ἐπενόει τάδε· τῶν βελῶν τινα διελὼν δίχα τῷ καρπῷ τῆς εὐω-

8. ἐς τὸ] τὸ om. L. 13. ἔχοι] ἔχον L. 14. πονηρῷ] πονήρῳ P. 16. οἵπερ L et Grotius. ὥσπερ P.

quendum consilium mentem appulit. Itaque re cum Gregorio, Artasire, tribusque aliis protectoribus communicata, protectoribus praecepit, ut in conclave introirent cum gladiis (epulantibus enim potestatibus a tergo protectores astare solent), ingressi autem, cum tempus videretur commodissimum, repente facinus aggrederentur, dante initium Artasire. Haec Gregorio mandata dedit: Armeniorum delectu habito, multos, qui animo praestarent, in palatium duceret, nihil aliud, nisi gladios, gestantes manibus: (neque enim aliud armorum genus in urbe ferre potestatum comitatui licet) illis in vestibulo relictis, intraret ipse cum protectoribus: eorum nemini consilium patefaceret, at unum hoc diceret, vereri se ne Gontharis Artabanem malo animo invitasset; idcirco velle ut apud Gontharidis excubitores perinde starent, quasi ipsi ad custodiam collocati ibidem essent, tum per ludi speciem illorum clypeos caperent, et quatiendo agitandoque sursum deorsum versarent assidue: si quid strepitus clamorisve intus exoriretur, arreptis clypeis subsidio currerent. Haec ut praescripserat Artabanes, ita fecit Gregorius. Istud vero Artasires excogitavit. Sectis bifariam sagittis aliquot, earum segmenta carpo ma-

νύμου χειρὸς ἐπέθετο κατὰ τὰς τομὰς μέχρι ἐς τὸν ἀγκῶνα. ἱμᾶσί τε αὐτὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς σφίγξας ὕπερθε τὸ ταύτῃ τοῦ χιτωνίσκου C μέρος ἐπέβαλλεν. ἐποίει δὲ ταῦτα, ὅπως, ἤν τις αὐτῷ τὸ ξίφος ἐπανατεινάμενος ἐγχειρῇ παίειν, μηδὲν αὐτῷ δεινὸν πεπονθέναι ξυμβαίη, προβεβλημένῳ μὲν τὴν λαιὰν χεῖρα, τοῦ δὲ σιδήρου ἀποκαυλιζομένου ἐν τῇ ἐς τὸ ξύλον ἐπιφορᾷ καὶ τοῦ σώματος ἅψασθαι οὐδαμῇ ἔχοντος. τοιαύτῃ μὲν γνώμῃ Ἀρτασίρης, ὥσπερ μοι ἐρρήθη, ἐποίει. τῷ δὲ Ἀρταβάνῃ ἔλεξεν ὧδε „Ἐγὼ μὲν τὸ μὲν ἐγχείρημα ὀκνήσει οὐδεμιᾷ ὑποστήσεσθαι καὶ ξίφει τῷδε τοῦ Γονθάριδος σώματος ψαύσειν ἐλπίδα ἔχω, τὸ δὲ ἐνθένδε οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πότερα ὁ θεὸς τῷ τυράννῳ χαλεπῶς ἔχων ξυγκατεργάσεταί μοι τὸ τόλμημα τοῦτο, ἤ τινα ἐμὴν ἁμαρ- D τάδα τιννύμενος ἐνταῦθά τε ἀπαντήσας ἐμπόδιος εἴη. ἢν τοίνυν οὐκ ἐν καιρίῳ πληγέντα τὸν τύραννον ἴδῃς, σὺ δή με τῷ ξίφει τῷ ἐμῷ μηδέν τι μελλήσας ἀπόκτεινον, ὅπως μὴ πρὸς αὐτοῦ αἰκιζόμενος γνώμῃ τε τῇ σῇ ἐς πρᾶξιν ὡρμηκέναι εἰπὼν αἴσχιστά τε αὐτὸς διαφθαρείην καί σε προσαπολεῖν ἀναγκασθείην ἀκούσιος.“ ταῦτα καὶ Ἀρτασίρης εἰπὼν ξύν τε Γρηγορίῳ καὶ τῶν δορυφόρων ἑνὶ παρὰ τὰς στιβάδας ἐλθὼν ὄπισθεν Ἀρταβάνου εἱστήκει. οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ τοὺς φύλακας μένοντες τὰ σφίσιν ἐπηγγελμένα ἐποίουν.

1. ἱμᾶσι] ἱμάσι P. 12. ξυγκατεργάσεται] Vulgo ξυγκατεργάσηται. 14. δή] δέ HL: δή Hm. 16. εἰς πρᾶξιν Grotius. Aberat praepositio. 18. ταῦτα καὶ A. τοιαῦτα καὶ Grotius. ταῦτα δὲ P. τὸ στότζα καὶ H. τὸ ταῦτα καὶ L (ταῦτα a m. Scaligeri). 19. ἑνὶ om. L a pr. m.

nus sinistrae ad cubitum usque loris apte substrinxit, operuitque tunicae manica: ut si forte peteretur elato gladio, ictum frustraretur illaesus, cum ipse quidem obiiceret manum sinistram, ensis vero dissiliret impactus ligno, nec pertingere cutem valeret. His Artasires ea mente comparatis, ut dixi, sic affatus est Artabanem. *Equidem me rem impigre suscepturum, et Gontharin ferro hoc percussurum confido: sed nequeo consecutura praedicere, nec scio utrum iratus tyranno Deus supremam huis ausο manum adhibiturus mecum sit, an forte, in delicti alicuius mei poenam, manu tunc adversa coeptum impediturus. At tu, si tyrannum vulnere non letali saucium videris, sine mora meo me gladio confice, ne expressa tormentis ex ore meo confessione, ubi te facinoris suasorem prodidero, vitam ipse foedissimo supplicio finiam, ac te vel invitus in perniciem traham.* Sic fatus Artasires, ad accubita cum Gregorio atque uno protectore introiit, ac pone Artabanem stetit: caeteri apud excubitores relicti implevere mandata.

Ὁ μὲν οὖν Ἀρτασίρης, ἀρξαμένης που τῆς θοίνης, ἔργου ἔχεσθαι διενοεῖτο, ἤδη τε τῆς ἀκινάκου λαβῆς ἥπτετο. ἀλλ' αὐτὸν ὁ Γρηγόριος διεκώλυσεν ἔτι τὸν Γόνθαριν εἰπὼν τῇ Ἀρμε-
P 304 νίων φωνῇ ἐν αὐτῷ εἶναι, οὔπω ἐκπεπωκότα τοῦ οἴνου τι μέγα. ἀνοιμώξας τοίνυν ὁ Ἀρτασίρης, ὦ ἄνθρωπε, εἶπεν, ὡς καλὴν ἔχοντά με ψυχὴν οὐ δέον ἐν τῷ παρόντι κεκώλυκας. προϊόντος δὲ τοῦ πότου, ἤδη που καταβεβρεγμένος ὁ Γόνθαρις τοῖς δορυφόροις τῶν βρώσεων ἐδίδου, φιλοτιμίᾳ τινὶ χρώμενος. οἳ δὴ ταύτας λαβόντες ἐσθίειν ἤδη τοῦ οἰκήματος ἔξω γενόμενοι ἔμελλον, μόνων ἀπολελειμμένων παρὰ τὸν Γόνθαριν δορυφόρων τριῶν, ὧνπερ Οὐλίθεος εἷς ἐτύγχανεν ὤν. ἐξῄει δὲ καὶ Ἀρτασίρης, ὡς τῶν βρώσεων ξὺν τοῖς ἑτέροις γευσόμενος. ἐνταῦθά τις αὐτῷ γέγονεν ἔννοια μή τί οἱ σπάσασθαι βουλομένῳ τὸν ἀκι-
B νάκην ἐμπόδιον εἴη. ἔξω τοίνυν γενόμενος ἔρριψε μὲν λάθρα τοῦ ξίφους τὴν θήκην, γυμνόν τε αὐτὸ ὑπὸ μάλης λαβὼν πρὸς τῆς ἐπωμίδος κεκαλυμμένον παρὰ τὸν Γόνθαριν ἐσεπήδησεν, ὡς κρύφα τι τῶν ἄλλων ἐρῶν. ὅπερ Ἀρταβάνης ἰδὼν τῷ τε θυμῷ ζέων καὶ τῇ τῆς ἀγωνίας ὑπερβολῇ ἐς βαθεῖάν τινα ἐμπεσὼν μέριμναν, κινεῖν τε τὴν κεφαλὴν ἤρξατο καὶ πολλὰς ἀμείβειν τοῦ προσώπου χρόας, ἔνθους τέ τις τῷ μεγέθει τῆς πράξεως γεγενῆσθαι παντελῶς ἔδοξεν. ὅπερ ὁ Πέτρος ἰδὼν ξυνῆκε τὸ ποιούμενον, οὐ μέντοι ἐξήνεγκεν ἔς τῶν ἄλλων τινά, ἐπεὶ αὐτὸν βασιλεῖ εὐνοϊκῶς

10. μόνων HL. μόνον P. 22. εὐνοϊκῶς] [οὐκ] εὐνοϊκῶς H. οὐκ L in marg.

Incepto convivio, rem aggredi destinans Artasires, manum acinacis capulo iam admovebat; sed Gregorius eum tenuit, lingua monens Armenia, nondum sat bene potum Gontharin, mentis compotem adhuc esse. Tum trahens suspirium Artasires, *Mi homo*, inquit, *quam male me coërcuisti*, *praeclare iam animatum*. Longius processerat compotatio, cum madidus vino Gontharis protectoribus ambitiosa quadam benignitate dapes impertiit. Quas illi cum accepissent, pararunt edere, egressi conclavi, praeterquam tres, qui soli apud Gontharin remansere: in his erat Ulitheus. Una exiit Artasires, quasi vesci cum aliis vellet: ac veritus, ne quid postea gladium volenti educere impedimento foret, extra cubiculum, vaginam furtim abiecit, nudumque ensem sub axilla humerorum amictu tegens, ita properavit ad Gontharin, tanquam si dicturus ei quidquam esset clam caeteris. Quod simul Artabanes animadvertit, ira ardens, et per animi aestum alta mersus sollicitudine, caput movere coepit: errare in eius vultu colores varii, sic ut prorsus entheus facinoris magnitudine videretur. Id cernens Petrus, quid agitaretur percepit: nemini tamen edidit; propterea quod, cum Imperatori studeret, eo facto

ἔχοντα λίαν ἤρεσκε τὰ πρασσόμενα. τὸν δὲ Ἀρτασίρην, ἄγχιστά
πη τοῦ τυράννου ἐλθόντα, τῶν τις οἰκετῶν ὦσε, μικρόν τε ὄπι- C
σθεν ἀποκεχωρηκότος κατενόησε τὸ ξίφος γυμνὸν ἀνέκραγέ τε, τί
τοῦτο, βέλτιστε; λέγων. ὁ μὲν οὖν Γόνθαρις περὶ τὸ ὠτίον τὸ
δεξιὸν τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν στρέψας τε τὸ πρόσωπον ἐς αὐτὸν ἔβλε- H 163
πεν. Ἀρτασίρης δὲ αὐτὸν τῷ ξίφει μεταξὺ ἔπαισε καὶ τοῦ βρέ-
γματος μοῖράν τινα ξὺν τοῖς δακτύλοις ἀπέκοψε. Πέτρος δὲ ἀνα-
βοήσας ἐνεκελεύετο τῷ Ἀρτασίρῃ τὸν ἀνοσιώτατον κτείνειν ἀνθρώ-
πων ἁπάντων. ἀναθρώσκοντα δὲ Γόνθαριν Ἀρταβάνης ἰδὼν
(ἐγγύθι γὰρ κατεκλίνετο) μάχαιραν ἀμφήκη σπασάμενος, ἣ οἱ
παρὰ τὸν μηρὸν ἀπεκρέματο μεγάλη τις οὖσα, ἐς τὴν ἀριστερὰν
τοῦ τυράννου πλευρὰν ἄχρι ἐς τὴν λαβὴν ξύμπασαν ὤσας ἐνταῦ- D
θα μεθῆκεν. καὶ ὃς οὐδέν τι ἧσσον ἀναθορεῖν ἐπεχείρησεν, ἅτε
δὲ καιρίαν λαβὼν αὐτοῦ ἔπεσεν. ὁ μὲν οὖν Οὐλίθεος τῷ Ἀρτα-
σίρῃ τὸ ξίφος ὡς κατὰ κόρρης πατάξων ἐπήνεγκεν· ὁ δὲ τῆς κε-
φαλῆς χεῖρα τὴν ἀριστερὰν προβαλλόμενος τῆς ἐννοίας τῆς αὐτοῦ
ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ἀπώνατο. τοῦ ξίφους γάρ οἱ τὴν ἀκμὴν
ἀποθεμένου ἐν ταῖς ἐπὶ τῆς χειρὸς τῶν βελῶν ἐκτομαῖς, αὐτὸς V 433
ἀπαθὴς γεγονὼς, ἔκτεινε τὸν Οὐλίθεον οὐδενὶ πόνῳ. Πέτρος
δὲ καὶ Ἀρταβάνης, ὁ μὲν τὸ Γονθάριδος ξίφος, ὁ δὲ τὸ τοῦ
Οὐλιθέου πεπτωκότος ἁρπάσας, τῶν δορυφόρων τοὺς λειπομέ-
νους αὐτοῦ ἔκτειναν. γέγονε τοίνυν, ὡς τὸ εἰκὸς, κραυγῆς τε

4. τὸ ὠτίον Hoeschelius ex RV et P. τὸν νῶτον AHL. 8. ἐνεκελεύετο L. ἐκελεύετο P. 11. ἀπεκρέματο] ἀπεκρέμματο L. 15. κόρρης] κόρης A.

plurimum delectabatur. Artasirem tyranno iam proximum famulus quidam repellit, illoque paululum retrogresso, strictum ferrum deprehendens, *Ecquid istud*, exclamat, *praeclare vir?* Gontharis auri dexterae manum praetendens, illum ore converso respicit. Eodem temporis puncto ipsum gladio ferit Artasires, et sincipitis partem cum digitis decutit. Mox Petrus contenta voce Artasirem hortari, ut mortalium scelestissimum enecet. Ut exilientem Artabanes Gontharin vidit, machaeram ancipitem et oblongam, quam gerebat haerentem femori, eduxit, atque in sinistrum latus tyranni, prope quem accubuerat, capulo tenus adactam reliquit in vulnere. Nihilo is minus tentavit e toro corpus corripere: verum letali accepta plaga ibidem concidit. Statim Ulitheus Artasirem gladio petere, ictu vultui destinato: at ille, sinistra manu protecto capite, consilii sui fructum in summo vitae periculo cepit. Etenim sagittarum segmentis, quae manui subligaverat, retusa ferri impacti acie, illaesus, Ulitheum nullo negotio interfecit. Petrus autem et Artabanes arreptis ensibus, hic Gontharidis, ille Ulithei iacentis; reliquos protectores mactarunt.

P 305 καὶ ταραχῆς μέγα τι χρῆμα. αἰσθόμενοί τε ταύτης, ὅσοι τῶν
Ἀρμενίων περὶ τοὺς τυράννου φύλακας ἵσταντο, τὰς ἀσπίδας
εὐθὺς ἀνελόμενοι κατὰ τὰ σφίσι ξυγκείμενα ἐπὶ τὰς στιβάδας ἐχώ-
ρουν δρόμῳ, καὶ τούς τε Βανδίλους ξύμπαντας τούς τε Γονθά-
ριδι ἐπιτηδείους ἀνεῖλον, οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος. τότε
Ἀρταβάνης τὸν Ἀθανάσιον ἐμαρτύρατο ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐν τῷ
παλατίῳ χρημάτων. ὅσα γὰρ Ἀρεοβίνδῳ ἐλέλειπτο ἐνταῦθα εἶ-
ναι. ἐπεὶ δὲ οἱ φύλακες τὴν Γονθάριδος τελευτὴν ἔμαθον, ξυν-
ετάσσοντο τοῖς Ἀρμενίοις αὐτίκα πολλοί. τῆς γὰρ Ἀρεοβίνδου
οἰκίας οἱ πλεῖστοι ἦσαν. ξυμφρονήσαντες τοίνυν Ἰουστινιανὸν
ἀνεβόων καλλίνικον. ἥ τε φωνὴ προϊοῦσα μὲν ἐκ πλήθους ἀν-
B θρώπων, ἐξαισία δὲ ὑπερφυῶς οὖσα ἐς πόλιν ἐξικνεῖσθαι τὴν
πολλὴν ἴσχυσεν. ἐνθένδε οἱ τῷ βασιλεῖ εὐνοϊκῶς ἔχοντες ἐσπη-
δήσαντες ἐς τῶν στασιωτῶν τὰς οἰκίας τοὺς μὲν ὕπνον αἱρουμέ-
νους, τοὺς δὲ σιτία, ἐνίους δὲ θαμβήσαντάς τε τῷ δέει καὶ ἀπο-
ρίᾳ δεινῇ ἐχομένους εὐθὺς ἔκτειναν. ἐν τοῖς καὶ Πασίφιλος ἦν.
Ἰωάννης γὰρ ξὺν Βανδίλων τισὶν ἐς τὸ ἱερὸν καταφεύγει. οἷς
δὴ Ἀρταβάνης τὰ πιστὰ παρασχόμενος ἔνθεν τε ἐξαναστήσας ἐς
Βυζάντιον ἔπεμψε καὶ τὴν πόλιν βασιλεῖ ἀνασωσάμενος διεφύλαξε.
γέγονε δὲ ὁ τοῦ τυράννου φόνος ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ ἀπὸ τῆς τυ-
ραννίδος ἡμέρᾳ, ἔνατον καὶ δέκατον ἔτος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως
τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος.

21. ἔνατον] ἔννατον P.

Exortum, quem res ipsa per se ferebat, clamorem tumultumque ingentem ut primum exaudiere Armenii, qui apud tyranni excubitores constiterant, repente omnes, sumptis ex compacto clypeis ad accubita convolant, ac, nullo obsistente, Vandalos et Gontharidis familiares ad internecionem caedunt. Tum Athanasio denuntiat Artabanes, uti gazae in palatio reconditae caveat, quippe omnem esse ibi pecuniam, quam reliquisset Areobindus. Demum excubitores, audita nece Gontharidis, quoniam Areobindi plerique domestici fuerant, statim Armeniis adiunxere se magno numero, et una voce Iustinianum victorem egregium proclamarunt. A turba missus frequenti clamor, et incredibilem in modum convalescens, ad magnam urbis partem se extulit. Illo exciti, qui Imperatori favebant, in factiosorum domos irrumpunt, atque hos somnum, illos cibum capientes, nonnullos metu attonitos inopesque consilii, nulla interposita mora, trucidant: qua occasione Pasiphilus periit. Ioannes cum Vandalis aliquot profugit in templum: quos, inde fide publica eductos, Byzantium misit Artabanes, et restitutam ditioni Caesareae Carthaginem custodivit. Patratum est tyrannicidium die tricesimo sexto post occupatam tyrannidem, anno imperii Iustiniani XIX.

Ἀρταβάνης τε ἐκ τοῦ ἔργου τούτου κλέος περιεβάλλετο μέγα C ἐς πάντας ἀνθρώπους. καὶ Πρεϊέκτα μὲν εὐθὺς ἡ Ἀρεοβίνδου γυνὴ, μεγάλοις αὐτὸν ἐδωρήσατο χρήμασι, βασιλεὺς δὲ στρατηγὸν αὐτὸν κατεστήσατο Λιβύης ἁπάσης. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Ἀρταβάνης μὲν ἔχρηζε βασιλέως ὅπως αὐτὸν ἐς Βυζάντιον μεταπέμποιτο, βασιλεὺς δὲ τὴν δέησιν ἐπιτελῆ ἐποιεῖτο. καὶ τὸν Ἀρταβάνην μεταπεμψάμενος, Ἰωάννην τὸν Πάππου ἀδελφὸν Λιβύης στρατηγὸν μόνον αὐτὸν κατεστήσατο. οὗτος Ἰωάννης ἐπεὶ τάχιστα ἐν Λιβύῃ ἐγένετο, Ἀντάλᾳ τε καὶ Μαυρουσίοις τοῖς ἐν Βυζακίῳ ἐς χεῖρας ἐλθὼν καὶ μάχῃ νικήσας τῶν τε πολεμίων πολλοὺς ἔκτεινε καὶ σημεῖα πάντα τὰ Σολόμωνος τούτους δὴ τοὺς D βαρβάρους ἀφελόμενος βασιλεῖ ἔπεμψεν, ἅπερ αὐτοῦ λῃσάμενοι ἔτυχον, ἡνίκα Σολόμων ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. τοὺς δὲ λοιποὺς ὡς ἀπωτάτω ἐξήλασε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. χρόνῳ δὲ ὕστερον οἱ Λευάθαι αὖθις στρατῷ μεγάλῳ ἐκ τῶν ἐπὶ Τριπόλεως χωρίων ἐς Βυζάκιον ἀφικόμενοι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀντάλαν ξυνέμιξαν. οἷσπερ Ἰωάννης ὑπαντιάσας ἡσσηθείς τε τῇ ξυμβολῇ καὶ πολλοὺς τῶν οἱ ἑπομένων ἀποβαλὼν ἐς Λαρίβους φεύγει. καὶ τότε δὴ οἱ πολέμιοι μέχρι ἐς Καρχηδόνα ξύμπαντα καταθέοντες τὰ ἐκείνῃ χωρία ἀνήκεστα ἔργα Λίβυας τοὺς παραπεπτωκότας εἰργάσαντο. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Ἰωάννης τῶν στρατιωτῶν τοὺς P 306 περιγενομένους ἀγείρας, καὶ Μαυρουσίους ἄλλους τε καὶ τοὺς

15. λευάθαι A. λευάσθαι L. λεβάσθαι H. Λεβάνθαι P. „λεβάθαι Reg." Malt. Sic Hm. 18. τῶν add. L. 22. ἀγείρας] ἐγείρας P.

Artabani summam ubique gloriam factum hoc peperit: eidem protinus magnam auri vim dedit Areobindi uxor Preiecta, et cum omnis Africae Magisterium militare ipsi Imperator mandasset, haud multo post petenti ut redire Byzantium liceret, annuit. Revocato Artabane, Ioannem, Pappi fratrem, militum per Africam Magistrum creavit, ei nullo consorte addito. Hic Ioannes, ut Africam attigit, statim inito cum Antala ac Mauris Byzacenis proelio victor multos occidit, et recepta ad unum omnia Salomonis signa Imperatori misit, quae illi Barbari, cum extinctus est Salomon, reportaverant: reliquos longissime ab Imperii Rom. finibus abegit. Post, iterum Lebauthae e Tripolitanis partibus magno cum exercitu profecti, ingressique Byzacium, copiis Antalae se adiunxerunt. Quibus Ioannes cum occurrisset, discessit acie victus, et suorum desideratis quam plurimis, fuga recepit se Laribum. Hinc hostes loca omnia Carthaginem usque incursantes, magnam in Afros obvios crudelitatem exercuere. Aliquanto post Ioannes, militibus, qui cladem evaserant, congregatis, ac Mauris, qui Cutzinae parebant, aliisque in societatem allectis,

H 164 ἀμφὶ Κουτζίναν ἐς ξυμμαχίαν ἐπαγαγόμενος τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἦλθε καὶ αὐτοὺς ἐκ τοῦ παραδόξου ἐτρέψατο. Ῥωμαῖοί τε αὐτοῖς φεύγουσι κόσμῳ οὐδενὶ ἐπισπόμενοι μοῖραν μὲν αὐτῶν πολλὴν ἔκτεινον, οἱ δὲ λοιποὶ ἐς τῆς Λιβύης τὰς ἐσχατιὰς διέφυγον. οὕτω τε Λιβύων τοῖς περιγενομένοις, ὀλίγοις τε καὶ λίαν πτωχοῖς οὖσιν, ὀψὲ καὶ μόλις ἡσυχίαν τινὰ ξυνηνέχθη γενέσθαι.

1. ἐπαγαγόμενος] ἐπαγόμενος L.

conflixit cum hostibus, eosque praeter opinionem fudit. Incomposite fugientibus instantes Romani stragem dedere maximam: caeteri ad extremas oras Africae evaserunt. Atque ita Afri, quos belli calamitas reliquos fecerat, ad exiguum numerum magnamque egestatem redacti, vix tandem aliquando respirarunt.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.